diffinit: Et hoc large sumēdo ge-
nus modo. s. quo priuatiua suum
habent genus: Sed cum supradi-
ctum sit. q̄ peccatū formaliter: est
quedam iniustitia. ergo sicut pec-
catū est iniustitia ita tale peccatū
talis est iniusticia. ergo sicut pec-
catum actuale dicit iniustitiam ac-
tualem qualis fuit in primo pa-
rente vt dicit Ansel. vbi supra. c.
21. ita peccatum originale dicit in-
iusticiam originalem: Iniusticia
autem dicit carentiam iustitie de-
bite vt dicit Idē Ansel. de. Cas.
Dia. c. 16. Et etiam supra. p3. ve-
ritate. s. nona. ergo bene dictū est
q̄ peccatum originale est caren-
tia iustitie non vtcunq̄ sed origi-
nalis sed nō simpliciter. Quia si
nunc aliquis impuris naturalib?
p̄duceretur: nō descendens p̄ ra-
tionem seminalem ab ipso Adā
nō haberet iustitiā originalez ⁊
tū nō priuaretur ipsa. Et sic non
hēret originale peccatuz: Et hoc
nō nisi q̄ ipse nō hēret debitū sic
ut nos. Vndē Sco. in. 3. di. 4. vbi
querit. quare x̄ps nō cōtraxit ori

ginalis peccatū. Rñdet sicut et in
2º. vbi. s. Et Anse. vbi. s. c. 19. q.
nō cōtraxit qz nō fuit nālis filius
ade. i. ppagatus p rōnez semina/
lem. Recte ergo in diffinitōe ad
ditur. *Debite*. sed quare *debite*:
Ideo subiungit: Quia in pº. parē/
te accepte: Et hoc. n. quilibet sic
ppagatus carētiā huius iustitie hz:
qz qlibz est debitor illius iustitie:
qđ debitū accepit in primo parē/
te: vt in. 3º. sequenti puncto dicit.
S3 queres quare sic ppagatº nō
accipit iustitiā illā: Ideo sequitº r
ex ipsiº crimine depdite. qz sicut
dicit. Acceperat Adā istam iusti/
tiā p se r p oibus suis posteris. q
depdendo: r p se r p eisdē poste/
ris pdidit. vltimo autē ponit alia
differētia. cuz dicit. Cui correspō
det pena damni pueniens tamē
ex transgressione premissa qđ po
nitur ad differētiā peccatorū moz/
talium vel venialium: quia mortali
vltima penaz dāni que ē perpetua
carentia visionis dei correspōdet
pena sensus: Et veniali: nō cor/
respōdet pena perpetua: Tamē
correspondet aliqua pena tēpora/
lis sententiā tamē: qđ nō est i his
qui carent solū iustitiā originali:
r gratia Baptismali vt infra di/
cetur: Hac declaratione sic gene/
raliter posita ipsius quid est pec-

cati originalis: cuius clarior notf
cia habebit si precedentia r que
sequunt recte cōsiderantur: pate/
re pōt veritas aliquaruz propo/
tionū negativaz quas ponit grā.
de *Baro. Et. B. Pet. de Lan*
dia in. 3º. in Istā. q. Qñ reprobāt
opinionēs male sententiū d qui/
ditate peccati originalis. pº. quaz
est q peccatū originale nō ē ali/
quis actus malus. p3. quia nullū
actum hz anima qñ ipiuz contra/
bit: cum peccatū originale prece/
dat omnē actū liberi arbitrij quo
de comuni lege nullus i vtero ma/
tris vtitur. **¶** 2º. ppositio ē. q peccatū
originale nō est aliquis ha/
bitus vitiosus. p3. quia si sic tunc
i pri meref sibi a deo cuz nullus a
pripio sui esse possit habere ali/
quem habitū nisi supernaliter sibi
infūdat. Talis autē cū sit vitiosus
non infundit a deo. **¶** 3º. ppositio
est. q tale peccatū nō ē solū caren/
tia iustitie originalis. p3. hic. ē. q
requirit debitū. **¶** 4º. est. q pecca/
tū originale non est formaliter in/
fectio morbida i carne: quia pec/
catum formaliter ponitur: vbi vir/
tus est apta nata esse: Et hec non
ponitur in carne: ergo nec pecca/
tū **¶** 5º. ppositio est. q tale pecca/
tū non est aliqua macula positua
in anima ipsam infuens. patet.

Quia cuiuslibet positiui quod nō
est deus ē aliqua causa effectiua .
ergo ipsius talis peccati esset ali/
qua causa effectiua. Vel ergo est
ipse deus: et hoc non: cuz non pos
sit esse immediata causa effectiua
peccati: vel est ipsa voluntas ha
bens illud peccatum: Et hoc etiā
non: cum nondum habeat ratio
nis usum: vel est primus parens
et hoc non: quia ipso non existen
te non minus haberetur talis ori
ginalis defo: mitas i paruulis vt
p3. de se: vel essent parentes pro
ximi: Et hoc etiam non per eādē
rationez que dicif de p. parente.
Cum ergo ipsius non inueniatur
effectiua causa et non est primuz
ens: sequitur q ipsa nō est aliqua
entitas formalr positiua. **U**lti
ma propositio est. q peccatus ori
ginale non habet similitudinem
cum alijs peccatis in duobus. pri
mo quia contrahitur inuolunta
rie: alia vero voluntarie. 2. Quia
prouenit a parentibus: licet non
effectiue vt dictum est: et amplius
dicetur: sed propter defectū: Trāf
gressionis eorum: alia vero non:
Omnes iste propositiones pa
tent ex probationibus proprijs:
et ex superioribus dictis et infra
dicēdis licet potuissent pro ipsis

alie adduci rationes quod tamē
fuisset contra primarium intentū
quo breuitatem amplecti propo
sui. Ex his igitur omnibus supra
dictis patet qd eat p. in isto ar
ticulo declarandum. Nunc ad se
cundum pūctum eiusdem articu
li descendo: in cuius expositione
adiuuet: et faueat Benedictus
Iesus peccati mortisq; dstructoz
et pijsima Virgo eiusdem fi
lij sui preuise mortis merito a ta
li originali peccato decentissime
preseruata: Sue enī immaculatif
sime Cōceptionis gratia hec oīa
premittuntur. Ideo qui virginei
honoris zelo accenditur: hec at
tēdat: Et ex intimo cordis pseru
tescui nāq; peccati originalis ra
tio manifesta est huic ad ueritatē
preseruacionis articuli sequentis
facillimus est aditus.

Secundus punctus primi arti
culi pūcipalis in quo premittū
tur decē ueritates pūte cōclusiōi
secunde.

QUARTA secundū punctū
huius articuli primi: In
quo pūcipaliter declarandū est
qualiter originale peccatū cōtra
hatur. **M**odū precedēns pūcti

seruabo: Et ideo premittetur .x.
veritates valde necessarie vt tãdẽ
id qđ queritur inferatur.

¶ 1^a Veritas: ad pfectã noticiã tã
peccati originalis q̃z modi quo cõ
trahit: declarare oportet quid sit
iustitia originalis .p^a pars huius
veritatis patet: q̃a sicut tota diffini
tio debz eẽ notioz diffinitio: vt per
ip̃am diffinitũ cognoscat: Sic eẽ q̃
libet pars diffinitionis: Cũ .g^o iu
stitia original' ponat' i diffinitioe
peccati original': saltẽ in obliquo.
g^o .7. c.: Reductio patet: instructis
in dialectica **¶** 2^a eẽ ps veritatis
similiter patet. Sicut .n. nō pōt in
telligi: quomō infirmitas pp de
fectũ pportiois humorũ 7 quali
tatũ catur in aiali: 7 mors tandẽ
sequatur: nisi cognoscẽdo qđ sint
humores 7 qualitates. Ita nō pōt
deueniri ad verã noticiã qualiter
originale peccatũ ppter carẽtiã
iustitiẽ original' cõtrahat' 7 tandẽ
spiritualis mors ptingat: nisi pri^o
cognito qđ sit iustitia originalis.
Similitudo de se satis patet: 7 sic
veritas tota.

¶ 2^a Veritas iustitia originalis
erat quedam humane nẽ rectitu
do p quam corpus erat subdituz
aie: Et inferiores vires rationi
q̃z diu aia subdita esset suo creato
ri: hec veritas ponitur a Nicbo

lao de ly. sup. c. gntum ad . Ro.
vbi diffinit ipsam iustitiam origi
nalem: quaz recte diffinit p recti
tudinem: q̃a vt hẽtur ab Ansel. li.
de veritate. c. xij. iustitia nihil aliđ
eẽ q̃z rectitudo: vñ dicit ibi q̃ iustuz
7 rectum videtur eẽ: Sicut ignem
7 calidũ esse. Ita q̃ inuicẽ sese cõ
sequuntur: q̃a rectitudo est iustitia
7 iustitia est rectitudo quaz tñ cõ
plete diffiniendo in eo. c. dicit q̃
iustitia est rectitudo volũtatis pp
se seruata: Sed p nũc sufficit ha
bere q̃ est rectitudo vt eẽ ponitur
de concep. virgi. c. 4. ista . ergo iu
stitia originalis dicitur rectitudo
humane nature non q̃ fuisset ali
qd de essentia ipsius nature: Sed
q̃a ipsa humana natura recta fuisset
ad modũ infra declarandum.

¶ 3^a Veritas iustitia originalis
erat donũ supnaturale excedens
totam virtutez naturalem ipsius
anime. p̃ro quo nota quod licet
omnes docto. in hoc conueniant
q̃ iustitia originalis erat aliquod
accidens hominis in statu primo
tamen in hoc disconueniũt. Quia
aliqui crediderunt q̃ esset natura
le donum. Et ideo ponitur ista ve
ritas contra falsam opinionem il
lam de naturalitate illius iustitiẽ
Et probatur veritas ista: q̃a fm
Bioni. 4. de. diui. no. Naturalia

homine remāserūt integra ēt post
lapsū et tñ non remansit iustitia
originalis vt patet. g°. 7c. Itē si
fuisset pprietas naturalis. Tunc
pbi potuissent naturaliter puenire
ad cognittonē lapsus nature hu-
mane cuius tñ oppositū cōclusum
est supra veritate tertia puncti pri-
mi. Itē esset querēdū a sic opināti-
bus qd intelligūt p naturalitatez
talīs iustitie. Si. n. dicūt qd fuisset
naturalis sic qd esset substātia hoc
falsuz est: qd erat accidēs: vt pre-
suppono fm oppinionē oīuz theo-
logorū si dicūt qd erat passio fluēs
a natura hoc falsuz est: qd nūc eēt
miraculū qd deus faceret istā natu-
raz sine illa passione: Si dicant qd
erat naturalis: qd creata ex prin-
cipijs indiuidui sicut albedo ī isto
homie tūc nō fuisse cōmunis omni-
bus hominib⁹. Cū. g°. nō sit aliud
mod⁹ quo naturalis dici debuissz
cōcludendū est qd fuisset supnatu-
ralis. Et sic patet veritas. Que
tñ adhuc clarius pbatur de mēte.
Sco. in. 2. di. 29. q. 1. Cuius pba-
tio presupponit duo fundamenta.
primū est qd iustitia originalis pfe-
ctā tranquillitatē in aīa fecisset quā-
tum ad omnes potentias: puta se-
sitiuas: et rationales. Ita qd natu-
ra inferior. s. sensitiva: non fuisset

inclinata contra iudiciū superioris
idest rationis: aut si inclinaretur
quantū erat in se: tamen ordinari
et regulari potuisset sic difficulta-
te superioris et sine tristitia infe-
rioris: vt in sequentibus patebit:
Hec est sententia. Augu. 14. de ci-
ui. dei in pluribus capitulis maxi-
me in .c. 24. vbi cōcludit: qd etiā
mēbris genitalibus homo potuis-
set vt recte: et ad nutum sicut in
motu pedum. Sans exemplū de
quibusdā animalibus quibus na-
turaliter insitum est vt solū ea par-
te corporis pelles qua vestiuntur
moueant vbi senserint muscas re-
sidētes nulla alia parte corporis
mota: sicut etiā herentes aristas
cutis tremore discutiūt: Et infert
Sic et ipse homo potuit obediē-
tiaz etiā inferiorum habere mem-
brorum quam sua inobedientia
perdidit. Neqz enim Deo diffici-
le fuit sic illum condere: vt in eius
carne illud non nisi eius uolunta-
te moueretur: quod nunc nisi libi-
dine non mouetur: Et in .c. prece-
denti dicit. voluntati membra illa
genitalia: sicut cetera cūcta seruif-
sent: hec ille. Idez dicit Magi-
ster in. 2. di. 20. ca. primo Et ale-
gat Augustinum super Genesiz.
Similiter Anselmus de Cōcep.

Virg. e. 9. dicit. Cum deus fecit
Adā fecit nāz ppagādi quā sub,
iecit ei? potāti v: ea vteref p sua
volūtate: qz diu ipse vellet subdit?
eē dō. Nā nulla vteref bestiali r
irrationabili voluntate: sed huma
na rationali volūtate: Quia sicut
Bestiarum ē nihil velle cū rōne:
ita hominū esset nihil velle absqz
rōne. hec ille. fm fūdāmētū ē: qz
Ita se. hz. volūtas respectu appe
titus sensitui: sicut itellect? respe
ctu sensuū: ergo. Sicut itellect? cō
iunctus sensui natus ē intelligere
sensibilia: ut p3. istructi scia nā
li: Ita volūtas p iuncta appetitui
sensituo nata ē p delectari sibi: et
magis si ē p iuncta multū appetiti
bus sensituis: qz nata ē p delecta
ri illis oibus. Unde magis cōde/
lectaret volūtas p iuncta cū sensu
visus tendēte i pulchrū coloratuz
Et cū sensu tactus p cipientē pro
portionatā qualitātē tangibilē: qz
si cū altero illo solū: Et si sic ergo
ralis volūtas non solum non pos/
set retrahere illū appetitum sensi
tiuuz a suo delectabili sine aliqua
cōtraria inclinatiōe ex parte illi?
appetitus: r difficultate: Immo
nec se ipsam videt posse retrahere
sine difficultate a cōdelectādo
illi appetitui: Ex his igit fūda/
mentis Sco. pbatur veritas. Sic

arguēdo a posteriori: In primo
hoie erat perfecta trāquillitas vi
rium inferiorum r superiorū que
erat effectus iusticie originalis.
ergo illa iustitia fuit donuz super
naturale: antecedens. p3. ex p2/
mo fundamento pbo consequen/
tiā. Nam voluntas nūqz posset se
retrahere delectabiliter uel sine
difficultate ab omni iordinata de
lectatione cuz aliqua vi inferiori:
nisi sibi inesset aliqd ex se delecta
bilis qz delectabile illius vis in
ferioris: Hoc. p3. exēplo domesti/
co. Quia ad hoc vt delectabiliter
retrahas aliquem vel saltem sine
contradictiōe ab inordinato ama
bili oportet: vt offeras sibi aliqd
delectabili? cui plus cōdelecta/
ret: si illō iordinatū amabile nō
esset. Adodo ad propositum: vo
luntas est apta nata condelecta/
ri virtutibus inferioribus: vt. p3.
in secūdo fundamento: Et nihil
enē ex parte voluntatis: in quan
tum voluntas: quod posset ipsam
coniunctam viribus inferioribus
ab illis retrahere cum delectatio
ne: r tamē fuisset retracta. p3. qz
aliter non fuisset perfecta illa trā
quillitas: quā dicit primū funda/
mentū: Et nō nisi p iustitiā origi
nalē: ergo oportet illam fuisse in
volūtate donū supernaturale quo

finis. i. Deus fieret sibi delectabili-
or q̄ aliq̄ delectabile alicuius
appetitus sensitui: propter q̄ nō
solum sine difficultate: immo dele-
ctabilr ⁊ citius retraxisset se a cō-
delectādo appetitui sensitui: q̄
recedere ab illo sine delectabili.
Quare dicatur q̄ iustitia origina-
lis erat donū supernaturale non
transfusum apparētibus: sed infu-
sum a deo. Unde Ansel. de Con-
cep. Virgi. c. 3. dicit. Ergo Adā
⁊ Eua: si iustitiā seruassent origi-
nalem: qui de illis nascerent illaz
habuissent: nō q̄ parentes trans-
funderent iustitiā in posteros: sed
quia transfunderent semen incor-
ruptū: ⁊ de^o infunderet aīaz mūdā
originalr. Et sic ut illi iusti esset:
Et in. c. sequenti dicit: in Adā
nō fuisse iustitiā priusq̄ fieret ho-
mo rationalis: Et infert. Nam si
Adā ⁊ Eua genuissent sine pre-
cedēti peccato: nō tū eēt in semi-
ne iustitia nec eē posset. hec ille:
Ex quo apparet q̄ tal' iustitia nō
erat seminario modo infandēda:
nec naturali ordine: s; hoīe com-
pleto a deo cōdopanda: Propo-
suerat enim Deus vsq; quo non
ponerent obicez p̄ peccatū coope-
rari nature regulariter dādo iu-
stitiā propagato: Sicut modo ani-
mā intellectuam creat corpore

perfecte organizato: unde Ansel-
mus: vbi supra. c. 9. dicit. Eadem
quippe ratione: qua monstratur
rationalem naturam iustam esse
creataz. Probatur etiā: q̄ qui ex
humana natura propagarent nō
precedente peccato ex necessitatē
iustitiam pariter haberent cuz
ratiōalitate. Omnis igitur homo
si peccatum nō precessisset eēt iu-
stus sicut ⁊ rōnalis. hec ille. Ex
quibus. p. 3. pbatio veritatis pre-
misse.

U 4. Veritas loquendo de possi-
bili: non esset incōueniens pone-
re q̄ vires inferiores in illo statu
p̄ se retraxissent a delectatiōe p̄-
prij obiecti delectabilr: vt obedis-
sent viribus superiorib; ⁊ tamē
non delectabiliter: immo forte cū
aliquali rebellōe se retraxissent.
hec veritas est de mēte Sco. vbi.
s. Contra quam si arguas. ergo
homo cū iustitia originali: ⁊ statu
innocentie habuisset tristitiā. Re-
spondet idem Sco. Negādo con-
sequentiā istam. Fuisse aliqualis
rebellio. ergo tristitia in toto ho-
mine: voluntas. n. si abstinet dele-
ctabiliter a cōdelectando poten-
tie inferiori: totus homo delecta-
biliter abstinet a delectabili ap-
petitus sensitui inferioris: s; non
sequit: si appetitus inferior absti-

net cū tristitia: q̄ p̄pter hoc totus
homo cū tristitia abstineat. illud
enim p̄uenit homini simpliciter:
q̄ ei cōuenit s̄m potentiam supe-
riorem: et si nō conueniat ei secū-
dum inferiorem potentiā: Si vi-
ces: saltem non fuisset tranquilli-
tas quia rebellio: dico q̄ non se-
quitur: Tranquillitas. n. de qua nunc
loquimur: satis completa esset cū
inferiores vires obedirent supio-
ri: et superior delectabiliter retra-
beretur a condelectando ipsis vi-
ribus inferioribus: ut tenderet ī
obiectū delectabilius: puta ipsum
deū: hoc tñ ut dixi intelligatur de
possibili.

C 5^a Veritas. 13. ita sit ut prece-
denti veritate cōcludit: tñ tutius
est dicere q̄ p̄ iustitiā originalem
potētia inferior delectabiliter obe-
diret rōni: hoc p̄z. p̄ id qd̄ dictū ē
in 3^a veritate de perfecta subiectio-
ne potētiarū inferiorū ad superiorem:
et ex hac veritate ēt meli⁹ appa-
ret supnālitās illius doni: Nam q̄
appetitus inferior nō ferat̄ in ob-
iectū suū delectabile et p̄sens: sed
expectet motū appetitus superio-
ris hoc nō potest nisi per aliquod
donum supernāle. p̄z. oportet. n.
assignare aliqd̄ quo ipsa inferior
potētia nō feratur in suū obiectū:

Immo delectabiliter retrabatur:
illud non potest poni ex natura
illius potentie inferioris etiā in-
quantū est inferior voluntate: q̄
post lapsum in talibus inferiori-
bus potētijs est seruata eadem
naturalitas est subiectio ad ratio-
nez: vel inferioritas naturalis sic
ut añ lapsum. Et tamē nunc non
est talis delectatio in retractione
istarū potentiā a proprio obie-
cto delectabili. ergo nec etiā tñ
fuisse ex natura propria. ergo p̄
aliqd̄ supadditū: Et sic illud fuis-
set secūdū vnā viā iustitia origina-
lis in voluntate existens: qua p̄ se
et sine alio fuisset facta ista trāq̄-
litas viriū inferiorū ad debitam
obiam rationis vel s̄m aliam viā
hoc fuisset p̄ quandā qualitātē po-
sitam in singulis potētijs sensiti-
uis et supnaturaliter datā: Non
tamen dicta fuisset iustitia origi-
nalis: Cū iustitia sensitiue poten-
tie non competat: sed soli volun-
tati: sed quicquid illud fuisset: pu-
ta aut iustitia: aut donum datum
sensibus: hoc saltem verum est q̄
in illo statu innocentie voluntas
delectationes quasdam appetitus
sensitiui p̄uenisset ne vnquā appe-
titui illi infuisset: puta adulterādi
cū pulchra aliēa: quasdam et impe-

rasset et bene eis fuisset usus homo:
puta cognoscendi suam obediendo
precepto diuino illi. s. Crescite et
multiplicamini: unde Aug. ubi su-
pra. c. 21. dicit. Illa vero benedictio
nuptiarum: ut coniugati crescerent et
multiplicarentur et implerent terram:
quibus et indelinquentibus manserit:
tamen antequam delinquerent data est: ut
cognosceretur per creationem filiorum
ad gloriam nubij non ad penam per-
tinere peccati. hec ibi. non est ergo
absolute negandum quod voluntas in il-
lo tranquillo statu non fuisset aliquan-
do codelectata potentibus inferiori-
bus: quia istas est licitas delectatio-
nes habuisset. l. 3. pro tunc quando in fuissent
non habuisset voluntas eas pro fine
sed ad debitum finem retulisset:
In quocumque autem istorum actuum. v. 3.
voluntatem et inferiorum potentiarum: pu-
ta bene uti delectabilibus vel auer-
ti ab illicitis: voluntas delectabili-
ter fecisset pro donum illud super naturale
quo delectabilibus fuisset sibi inhere-
re ultimo fini quam ab illo separari
per codelectationem alicuius delectabi-
lis non ordinati ad istum finem: et sic.
pro. veritas promissa: De hac autem tran-
quillitate harum potentiarum et usu ge-
neratiue vtrum plura dicenda occur-
ret: sed breuitati quam pollicitus sum
intendens: diligenter inspectorem
remitto ad Aug. ubi supra ordi-

nate pertractantem: qualiter primi
homines si non peccassent generas-
sent: et qualiter illa membra nunc
libidini dedita: potuissent volun-
tati: sicut manus et pedes fuisse.
¶ 6. Veritas: Stante Innocen-
tia primorum parentum potuissent ho-
mines non mori: et de facto ita fuisset.
quod non coniugisset mors. pro. hec
veritas per Augustinum. ubi supra: Et
probatur ratione. per Scotum. di. 19. sic. Qui
libet in illo statu fuisset translatus
in paradysum antequam fuisset alteratus
alteratione causante mortem. quod con-
clusio huius veritatis est vera: saltem
quantum ad secundam partem. s. quod de fa-
cto non coniugisset mors: consequentia de
se. pro. antecedens autem probatur sic Et
quero: aut. non illi pariter semper et
continue meruissent: aut non. Si
sic. ergo primus natus fuisset ma-
ioris meriti quam posterius natus.
pro. propter maiorem cumulatum meri-
torum: et tamen consequens est
falsum: Quia etiam stante innocen-
tia. Beata Virgo: et multi poste-
riores fuissent beatiore: quam mul-
ti prius nati: Si dicas quod non sem-
per meruissent: sed usque ad certum
terminum vite habeo intentum:
quia tunc fuissent translati ad glo-
riam. pro. aliter. non. deus fecisset eis
iniustitiam differendo dare pre-
mium post completionem merito

ram. Ad ampliorem autem intelligentiam imaginationis. Secundo est notandum quod iste doctor imaginatur quod ab eterno gratia exempli Deus vult dare beatitudinem. Adeo puta ut octo. Quando igitur Adā uixisset tantum quod acquisiisset per opera sua meritoria illos octo gradus fuisset ipse translatus. patet: quia nulla fuit causa dilationis: quia dato quod remanisset adhuc postquam illos gradus acquisiisset nunquam postea meruisset intentionem illorum. 8. graduum scilicet solum meruisset idem multiplicius: Et ideo ad veniēte termino vite in quo habet illos. 8. gradus quos deus vult sibi dare pro sua beatitudine finali nulla videtur causa dilationis translationis in paradysum. Et ita tunc fuisset facta translatio in corpore et anima in paradysum. Hec ratio satis persuasiva est licet de hoc Augustinus. Aliquando dubitauerit ut recitat Augustinus ubi supra. di. incertum nobis relinquitur utrum omnes simul transferendi essent si non fuisset peccatum an per successiones hec ibi confirmatur veritas hec quantum ad id quod nunquam mors contigisset presupponendo secundum. Secundo. ubi supra quod cause mortis per lapsum sunt due in genere. scilicet ab intrinseco vel ab extrinseco ab intrinseco autem dupliciter. primo per actionem caloris naturalis in humidum radicale corrumpendo et consumendo ipsum

humidum ad cuius consumptionem sequitur corruptio propria ipsius caloris et per consequens animalis ut per exemplo ignis consumens oleum. Adhuc in statu illo per hanc causam non fuisset mors: patet quia licet tale humidum paulatim fuisset consumatum nec potuisset reparari per quodcumque alimentum: Tamen fuit data virtus specialis cuidam ligno: quod dictum est lignum vite: per cuius summationem repararetur ipsum humidum: saltem usque quo fuisset homines translati. 2. modo accidit nunc mors ab intrinseco propter subtractionem vel non ministracionem nutrimenti convenientis: Et tamen nec propter hoc fuisset corruptio in illo statu quia licet paulatim et in tali innocentia non haberet usum membrorum et sic non potuisset assumere cibum propria potentia tamen non fuisset defectus. Quia pariter sufficeret providisset filiis suis. per quod aliter fuisset nocentes: nec etiam adultus innocens fuisset passus talem defectum ab alio propter eandem rationem: quia. scilicet. inferens nocentibus non fuisset innocens: Si autem loquamur de causa extrinseca corruptiva illa potest dici duplex vel. scilicet. per dispositionem pirariam proveniunt vel per violentiam illatam ab aliquo extrinseco per dispositionem continens potest fieri dupliciter. Nam uno modo proveniens corrumpit prout directe ut ignis corrumpit

corpus: Aliud est continēs qđ coz/
rūpit nō directe s; phibet illđ qđ
ē necessariū ad vitā q; phibet inspi
rationē: r; respirationē: et ab istis
cozzūpētibus fuisset in statu ino
centie imunes: stante inuocentia
i oibus qa nō exposuisset se picul
aliter fuissent nocentes. Non enī
posuissent se in igne vel i mari ali
as essent sōmersi r; peccasset: vn
eriā nō intulisset alteri violētiā
nec fuisset ēt cozzuptio ab aere in
tēpato qa in paradiso terrestri aer
tēpatissimus ē: Cozzuptio quoq;
p violētiā a bestiis ibi minime fuisset:
qa oia aialia fuissent boi mitia
r; amicabilia vel saltē nō inimica
nec ab Angelo malo: qa deus eū
pseruasset. Potuisset tñ corpus i
nocētis diuidi v; scindi ab Ange
lo: cui hec isferiora obediūt: et cui
nlla potētia isferior valet pparari
nisi eū dñs pseruasset a malo. p; .
ergo veritas: que ē fidei mltū cō
sōa r; ratiōi. Nā sicut diua iustitia
nō patit malū remanere ipunitū
vt habet ab Ansel. li. Cur de^o bō
c. 12. r. 16. Ita nō pmisisset inocē
tē puniri: vel mori. Confirmatur
hec veritas p Aug. 13. de ciui. dei
.c. 23. di. Corpus primi homis qđ
cibo ac potu egebat ne fame affi
ceret ac sui: r; nō immortalitate il
la absoluta atq; indissolubili s; li

gno vite a mortis necessitate phi
bebat atq; in iuuetutis flore reti
nebat nō spūale s; aiale fuisse nō
dubiū ē: Nequaquā tñ mortuū ni
si i dei pcedētis minātisq; sētēriā
delinquēdo cozzuisset. Et alimētū
qđ ēt extra paradisu nō negatis
a ligno tñ vite phibitus tardi^o eēt
tempore vetustateq; finiendus in
ea dumtaxat vita quā in corpore
licet aiali donec spūale obie meri
to fieret posset i paradiso nisi pec
casset habere ppetuā. hec ille. idē
dicit Ansel. li. p. cur deus bō. c. 9.
r. c. 15. Et i. 2. li. c. 2. dicit q; autez
sit factus homo vt necessitate nō
moreret: hinc facile pbatur quia
sapientie r; iustitie dei repugnat
vt cogeret mortez pati sine culpa
quē iustū ad eternā fecit britudinē
Et in. xi. c. dicit nō puto mortali
tatē ad purā: s; cozzuptaz homis
nāz ptinere. Quippe si nūq; pec
casset bō immortalitas ipius imuta
biliter firmata eēt: hec ille.

C 7. Veritas stante tali innocen
tia primorum parentum. Fuit ni
bilominus possibilitas ad mori
licet nunq; fuisset reducta ad actū
probatur secundum. Sco. vbi su
pra presupponendo p. q; corpus
ade erat simpliciter cozzupibile
qđ patet p mag. vbi supra. di. 19.
vñ i statu illo hūit corpus mortale

et ab intra et ab extra. Et indiguit cibo. **A**ltū. n. differt dicere q̄ p̄ illo statu corp̄ illud nūq̄ fuisse corruptū: et dicere q̄ fuerit simpliciter incorruptibile: primū. n. pōt dari et d̄ facto ita ponit nō tñ secūdū. Et ideo magis. vbi supra dicit q̄ lz corp̄ sit factū mortuū pp̄ peccatū nō tñ mortale: qz et ante peccatū mortale erat lz et fuisset immortale. put̄ immortalitas negat actuz moriendi patet ḡ. p̄suppositū. 2. p̄suppono q̄ tam diu homo pōt p̄seruari in esse q̄ diu pōt nutriri hoc satis clare patet p̄ **A**p̄. 2. et 3. d̄ aia hīs p̄suppositis p̄bo veritate. Et ponat̄ p̄ casū q̄ hō nō fuisset trāslatus in paradysū p̄ terminum suoz meritorū ad modū supra declaratū veritate p̄cedēti p̄bo q̄ hūit potētiā ad mori. Immo vt sic tādēz mortuū fuisset. Et arguo sic hō nō fuisset trāslat̄ et fuisset continua depditio humidi radicalis. Ergo p̄uigisset mors: antecedēs p̄z p̄ primū p̄suppositū: q̄ corp̄ tale erat corruptibile. ḡ. alterabile. Et sic suū hūidū erat cōsumptibile: lz p̄bo nūc p̄sequētiā. **M**ā si illa n̄ valet hoc erit p̄ quāto p̄ esū ligni vite fuisset facta restauratio tāta et tā diu quāta et quādiu fuisset facta depditio: vt cōiter d̄ lz istō nō obuiat q̄n illa p̄sequētia valeat p̄bo

sic hō nō potuisset semp nutriri. ḡ nec sēp restaurari. Et sic nec p̄seruari: p̄sequētia. p̄z: p̄ secūdū p̄suppositum: assumptuz probatur. **T**am diu quis pōt nutriri q̄ diu potest per virtutem nutritiūz cōvertere nutrimentū: lz non semp potuisset hoc: ergo non semp potuisset nutriri: cōsequētia nota cū maior: quia illa est de intētiōe **A**p̄. 2. de anima minor aut̄ ista p̄batur sic. **O**mne agens p̄bificum in agēdo repatitur: et repatiendo debilitat̄: S3 talis virtus: p̄ quā d̄beret p̄uerti nutrimentū eēt agēs p̄bificuz. ḡ. in agendo repateretur et sic debilitaret̄: Et ita tandem: q̄ nō possz ampli' p̄uerrere. **N**ec valet tūc recurrere ad esum ligni vite: q̄a omnino oportet sēp dare p̄icipiū actiū in boie: quo fieret restauratio p̄ talē esū et q̄cqd sit illō oportet q̄ agat in nutrimentū conuertēdo illō in nāz alii. Et sic nūc q̄ poterit dari aliqd qd sēp ita cōtinuet actionē q̄n aliquādo debilitet̄. **A**modo **E**sto q̄ nāz huius bois eēt debilitata et sumeret de fructu non potuisset sustentari per istum fructū nisi cōuertēdo ipsum in substantiā et naturā suā: illud autem cōuersum nō potuit esse nobilius q̄ cōuertēs: ergo sicut natura cōuertēs fuit prius debilitata

et in convertendo nutrimentum illius fructus debilitatur magis: patet: quia non est maior ratio quod debilitetur in una actione et non in altera. 8.º quanto magis agit convertendo sepe magis debilitatur: in tantum quod quandoque deficiet. Exemplum est de aqua mixta vino quod per conversionem aquam in se et tamen toties potest apponi aqua quod virtus vini deficiet: nec erit sufficiens convertere amplius aquam in se sic precise diceretur de virtute naturali per cuius actionem converteretur nutrimentum in ipsum alium. Et sic patet declaratio huius veritatis.

U 8.º Veritas. state innocentia tres fuisset effectus iustitie originalis. per 13. dicta. Quia et voluntas sine impedimento tenderet in deum ipsum amando delectabiliter: et potentiarum inferiorum et superiorum fuisset tranquillitas et ipsius hominis immortalitas ut tibi negatur actus moriendi ad intellectum declaratum. Sed 13. ita sit. Et secundum communem viam theologorum assignentur isti tres effectus tali iustitie: Tamem subtilius procedendo non est incongruum sed. d. petrum de cardina ubi supra dicere quod unus est tantum effectus principalis ipsius iustitie originalis scilicet ordinatio voluntatis in deum regulando ipsam voluntatem ad taliter tendendum in ipsum summum bonum ut nullum aliud bonum eam impe-

diret: Et alij effectus singulariter illi innocentie attributi essent secundario ab ipsa iustitia originali intelligendo secundario per non totaliter unde tranquillitas virium inferiorum et superiorum immortalitas corporis preservatio a passione famis et sitis et huiusmodi: Quia non essent precise a tali iustitia sed ab ipsa: percurrentibus alijs particularibus causis diceretur secundarij effectus talis iustitie quia partialiter ab ipsa quod non posset dici de regulatissimo amore quo in deum potuisset tendere. Sed quomodo cumque sit de ordine horum effectuum respectu illius doni supernaturalis non est mirum insistendum. in hoc saltem veritas premissa locum habet quod illi tres effectus tanquam principales in statu innocentie recte assignati sunt ad quos quocumque alij tali innocentie attributi reducuntur. Et si aliquis afficeretur intelligere a quibus passionibus ante peccatum homines fuisset liberi videat Aug. 14. de civi. dei quod per totum. Et maxime in medio et ultra. Hic autem sufficiat istud breviter sic inserere. Pro quo notandum quod omnium passionum aie quodam ordinantur ad bonum: ut amor et gaudium. Quedam ad malum ut dolor et timor: et quia in primo statu nullum malum aderat: nec aliquod bonum aberat quod cupet bona vo-

litas p tpe illo hndum : vt patet
tibi p Aug . omēs ille passiones q
respiciunt malū in Adā nō erāt :
vt timor ⁊ dolor ⁊ huiusmodi. Si
militer: nec passiones que respi-
ciunt bonum: nec habituz: nec ha-
bendum: vt cupiditas estuans. Il-
le vero passiones que respiciūt bo-
num presens: vt gaudiū ⁊ amor:
vel que sunt futuri boni suo tem-
pore habendi. Sicut desideriu ⁊
spes non affligens: tamen fuerunt
in statu innocentie : s; aliter q̄ in
nobis: quia in nobis appetitus sē-
sitius in quo sunt passiōes subie-
ctiue nō totāl'r subest rationi. Qu-
m̄ totiens passiones iste in nobis
preueniunt vsum rationis in statu
autem innocentie non fuissent in
homie tales anime passiōes nisi a
iudicio rationis pcedentes: patet
pp subiectionē appetit' inferioris
rationi: vnde sicut corpus huma-
num in statu illo fuisset impassibi-
le quantū ad passiones q̄ remouēt
dispositionē naturalē. vt dictū est:
ita aia fuisset impassibilis quātum
ad passiones que impediūt ratio-
nē. De oibus his satis: ⁊ valde suf-
fragatur nobis sententia: ⁊ aucto-
ritas Aug. vbi supra i plurib' ca-
pitulis pferim antez in. c. 26. vbi
sic dicit: viuebat homo in paradi-
so sicut volebat q̄ diu hoc volebat

q̄ deus iusserat: viuebat fruens
deo ex quo bono erat bonus: viue-
bat sine vlla egestate: ita semper
viuere habens in potestate: Lib'⁹
aderat ne esuriret: Potus ne sui-
ret: lignum vite ne illum senecta
dissolueret. Nihil corruptionis in
corpore vel ex corpore vllas mole-
stias vllis ei' sensibus ingerebat:
Nullus intrinsecus morb': Null'⁹
ictus metuebat extrinsecus: Sum-
ma in carne sanitas: in aio tota
trāqllitas. Sicut in paradiso: nul-
lus est'⁹: aut frigus: sic in eius ha-
bitatoze. Nulla est cupiditate vel
timore accedebat bone volunta-
tis offensio: nihil omnino triste: ni-
hil erat inaniter letum. Gaudiuz
verum perpetuebatur ex deo: in-
quez flagrabat charitas ex corde
puro: ⁊ conscia bona ⁊ fide non
ficta: atq; inter se coniugū fida ex
honesto amore societas: concors
mētis corporisq; vigilia ⁊ manda-
ti sine labore custodia. Non lassitudo
fatigabat onosū. Non somn'⁹
pmebat inuttū. hec ille. Et in eo-
dem libro. c. x. dicit. Quid autem
timere vel dolere poterāt illi ho-
mines in tātoꝝ tāta affluētia bo-
noꝝ: vbi nec mors metuebat nec
vlla corporis mala valitudo: nec a-
berat qcq; q̄ bōa volūtas adipi-
sceret: nec inerat q̄ carneꝝ aium

ve hoīs feliciter viuētis offēderet.
Amor erat impurbatus in deum
atq; inter se coniugū fida ⁊ sine
ra societate uiuentium. Et ex hoc
amore grande gaudium nō desi
stente quod amabat ad fruendū.
Erat deuotio tranquilla peccati :
qua manēte nllū oīo aliūde malū
qđ pstristaret irruerat . Et infra.
Quā igitur felices erant ⁊ nullis
agitabant purbationibus aīozū
nullis corporū ledebantur icomo
dis : taz felix vniuersa societas eēt
humana : si nec illi malū qđ etiaz
in posteros traicerent : nec quisq;
ex eozum stirpe iniquitatez cōmit
teret que damnationem recipe
ret : hec ille. Quia igitur in superi
ozibus veritatibus multa quibus
sparsim de originali iustitia di
cta sunt. Hic tandem sub epiloga
tionis forma quid de ipsa sit tenē
dū sic breuiter inferre libet . Ori
ginal iustitia nō fuit liberū arbi
triū . patet : qa nūc de facto i nobis
ē liberū arbitriū . vt docz scola the
ologoz i. 2. di. 24. Et tū in nobis
nō est illa iustitia originalis . ergo :
⁊ c. Nec erat etiam talis iustitia
originalis gratia gratum faciēs .
patet : p cōmunē viā theologozū
in. 2. sētentiāz ponentiū : qđ homo
non fuit creatus in gratia gratum
faciente : licet ante lapsum ipsam

habuerit . Et tamē fuit cōditus in
originali iustitia : patet etiam ex
alio : qa grā gratū fatiens respicit
pīmo psonā ⁊ nō nām : Originalis
iustitia autē e cōuerso . similiter
vna recuperatur alia non . ergo . ⁊ c.
Nec erat quoq; talis iustitia aliqd
qđ ex puris nālibus hīi posset siue
ab aliqua creatura dari : patet cuz
a solo deo vt dictū est supra danda
eēt : non merito parentum : s; ex
mera liberalitate diuina : ita pli
sicut parētibz cōdonāda : in qua
quisq; confirmatus fuisset saltem
post primā tētationis victoriam :
vt dicit Sco. 2. di. 20. licet nō oib;
placeat : vnde ad istud propositūz
theologie monarcha Alex. 3. Al
les i. 2. parte sue sūme in questio
ne illa que incipit . vtrum genti in
statu innocentie essent heredes iu
sticie originalis pcludit . qđ talis iu
sticia non descenderet ad eos he
reditarie : quia scilicet filij nō ha
buisset a pīe vt a dño siue vt a pos
sessore ipsam iustitiam : s; potius
a gratia cōditoris . Quare cōclu
datur qđ iustitia originalis fuisset
donūz dei distinctū a naturalibus
⁊ supernaturaliter homini comu
nicatum : qđ qdem donū vt clarius
intelligat fuisset quedaz quālitaz
i prima specie qualitatē ponēda :
nō vt dispositio de factū tollenda

sz vt hitus de difficili amouēdus :
iquātū videlicz si Adā nō peccas-
set semp eam hūisset. Et quia ista
qualitas siue donum quedā erat
iustitia: iō patet q̄ erat i volūtate
tāq̄ i s̄bo sz. Scotizatiū viā. licet
Petro aureoli n̄ placeat. Et ex
quo iustitia est virt^{us} ad alterū vt pa-
tet: d̄ se: ideo p̄ hāc originalē iusti-
tiā hō p̄cipaliter ordinabat̄ ad
deū a q̄ r̄ ad quē erat p̄ditus: vt
eēt i plena sui creatoris obia: ordi-
nabat̄ ēt respectu sui vel i se ipso
vt p̄fecte faceret potētiās inferio-
res seq̄ dictamē ratiōis recte: r̄
volūtatē. Ita q̄ s̄m petrū Aureo-
li in tractatu de p̄ceptione btē vir-
gis: Appetit^{us} sensitiv^{us} nō p̄uenie-
bat rōnem: vt ratio appetitū seq̄-
ret imo e cōtra. Qz ratio appeti-
tū sensitivū p̄ueniebat r̄ dictabat
qd agēdū priusq̄ appetit^{us} sensitiv^{us}
aliquid appeteret. Et nūq̄ iter ap-
petitū sensitivū r̄ rōnem fuisse ali-
qua rebelio sz sūma p̄cordia. Ex
quo ēt seq̄tur: q̄ fuisse homī difficul-
tas ad malū stāte tū illa iustitia ori-
ginali sicut eidē grādus fuisse p̄ni-
tas ad bonū. Et h̄ dicta sufficiāt d̄
iustitia originali.

L 9^o. Veritas Intelligētia p̄po-
sitionū imediate sequētū est virt^{us}
valde ad cognitiōez itēti p̄marij
huius p̄cti: hoc patet in earum

p̄bationib^{us}. Sicut. n. in nālīb^{us} nō
introducitur vna forma in subiecto:
nisi alia sibi contraria expellatur.
Ita in intellectualibus quia non
potest intellectus iformari aliquo
vero nisi remoueant̄ false opinio-
nes: cum ḡ sic fiat p̄ p̄positiones se-
quētes p̄ quas reouet̄ falsa oppio-
p̄traria veritati p̄cludēde: vt pate-
bit. g^o r̄ c. Prima ergo p̄positio ē
q̄ peccati original^{is} n̄lla ē assignāda
causa effectiua: ad notitiā cui^{us} no-
ta sz. B. Pe. d̄ Lan. vbi. s̄. q̄ cā
effectiua pōt̄ intelligi duplici^{ter}: vno
mō p̄ cā qua reali actione attingit̄
d̄terminat^{ur} effect^{us}. Et sic p̄prie di-
citur cā: alio modo dicitur causa sine
qua non. Et isto modo cōceditur: q̄
fames est causa mortis: ad hūc inte-
lectus qz si nō fuisse fames mors
nō fuisse subsecuta. Isti modi sumū-
tur ab Arist^{otele}. 2^o p̄bificoz: vnde p̄ se-
cūdo mō dat exēplū. ipe q̄ absentia
naute ē cā s̄bmersiōis nauis: r̄ p̄p-
b. Docto. theologi maḡ p̄prie di-
stinguēt̄ dicūt q̄ cā: quāq̄ dicitur ef-
fectiua: quāq̄ d̄fectiua. Intelligit̄
ḡ. p̄pō d̄ cā effectiua nō assignabi-
li originali peccatō. Que r̄ p̄bat sic
sz. Sco. i. 2^o di. 30. Illū formalit̄
p̄riuativū h̄z cām effectiuā. Pec-
catū origiale formalit̄ ē qd̄ p̄riua-
tivū. g^o r̄ c. tota d̄ductio p̄z p̄ d̄cā.
Cōfirmat̄ p̄pō p̄ Au. 12. d̄ ci. d̄i.

c. 7. Ubi querit de cā peccati An-
geloz quā cōcludit fuisse malā vo-
lūtate: Et postea ifert dicēs. Huius
porro male volūtati cā efficiens. si
querat nihil iuenit. Quid ē. n. qd
facit volūtate malā cū ipsa faciat
opus malū: Ac p hoc mala volū-
tas efficiēs ē operis mali. Male
aut volūtati efficiēs nihil ē. Et i.
c. sequēti dī. Nemo igitur querat
cām efficiēte male volūtati. nō. n.
ē efficiēs: s; dēficiēs: q; nec illa effe-
ctio s; defectio ē: deficiē nāq; ab
eo qd sūme ē ad id qd min⁹: ē hoc
ē icipē hīe volūtate malā: Cā por-
ro defectio istaz cū efficiēs nō
sunt: vt dixi s; deficiēs velle iue-
nire tale ē: ac si qsq; vellet videre
tenebras: vel audire silētiuz: Qd
tū vtrūq; nobis notū ē: neq; illud
nisi p oculos: neq; hoc nisi p aures
nō sane in spē s; i spēi priuatiōe.
hec ille. 2.º ppositio. Anima nō cō-
trahit peccatum originale ex hoc
q; paminef pp vniōē ad carnez
infectā. Hāc ponit. Sco. vbi. s. p
opinionē aliquoz dicētiū: q; ē cāta
i carne quedaz qualitas morbida
psequēs curuitatē volūtati peccā-
tis primi parētis: Que caro mor-
bida dicitur fomes: Tirānus: lex
mēbroz: ex qua qualitate excita-
bant mot⁹ sensuales r inclinabat
aīa ad pdelectandū carni r retar

dabat a delectatiōib⁹ supiorib⁹:
Et q; in instāti creatiōis aīa ipsa
vnitur carni infecte: quare r aīa
inficit. Exemplificāt aliq; de po-
mo dato mundo r sedato a manu
recipiētis. Sed p hoc arguit tam
Sco. q; B. Petrus vbi. s. Nam
qualitas corporal nō pōt pami-
nare nām spiritualem. p; exēplo
radij solis nō infecti pp feces cor-
porales: Quāto g; minus inficiet
qualitas corporal nām oīo spūa-
lem r indiuisibile. 3.º ppositio est:
Anima nō ptrahit originale pec-
catū ex hoc q; vnū corpori in qua-
to p cōcupiscētiā parētū: vt aliqui
voluerūt: pbat fm Grā. i 3.º vbi. s.
Q; tūc aīa sensitua magis ptra-
heret: cū magis depēdeat ab ipō
corpore q; itellectua q; tū nullus
cōcedit: Ultimo ppositio ē. Aīa
ex vniōe sui ad carnē nō cōtrahit
pecūz origiale p hoc q; pdelectef
carni pbat s; B. Petrū vbi. s.
q; aīa nō pri⁹ vult: q; cognoscat.
p; 3.º de Aīa nec pri⁹ delectaf q;
velit: Cū velle pcedat delectatio-
nem: q; igit ipsa in primordio sue
creationis nullā h; cognitionē cū
sit sicut tabula rasa. 3.º d aīa: seq; q;
nec aliquā h; p tūc delectationē:
Et sic p; ppositio.

Ux. Acritas. r vltia. Male est
dicē peccatū origiale eē i toto cō

posito vñ in p̄stituto ex corpore ⁊
aia intellectua: q̄z q̄ sit i aia vñ cor
pore solū: Hec v̄itas p̄oif d̄ mēte
·B· Petri d̄ Lan. vbi. ē. p̄ cuius
declaratiōe nota. q̄ peccatū origi
nale. Cū sit qd̄ priuatiū nō ē i ali
quo subiecto inherēte: sicut. p̄z. de
alijs priuatijs: ⁊ tñ n̄ icōuenit as
signare subiectū ei⁹ pp̄ p̄notationē
quā hñt oia priuatiā respectu suo
rū subiectoz sicut nō icōuenit assi
gnare s̄b̄m cecitati: cui⁹ tñ eē nō ē
positiuū. Hoc p̄supposito p̄bat ve
ritas sic: De illo p̄p̄rie dicit pecca
tū origiale p̄dicatiue saltē: d̄ q̄ ve
re dici p̄t. q̄ ē fili⁹ nāl̄ Ade ⁊ de
bitoz iustitie original: aia aut solū
aut corpus nō sūt filij nāles Ade
nec debitores iustitie original: s̄z
ip̄m totū p̄positū puta: hec p̄sona:
ḡ. d̄ Aia: aut corpore solū nō dicit
peccatū origiale: s̄z d̄ toto p̄stitu
to. p̄z. p̄sequētia cū minori. Quia
nūq̄z ip̄onit peccatū origiale cor
p̄ri nō iformato aia: nec aie nō
iformati vñ q̄ n̄ iformassz corp⁹. vt
ē i dicēdis meli⁹ patebit. maior
aut apparet. qz priuatiōes non di
cūt simplicē negationē. p̄z. Aliter
·n̄. ista eēt vera. lapis ē cecus: p̄di
cant. ḡ tales priuatiōes cōcreto
saltē d̄ subiectū i qb⁹ ē aptitudo ad
formā ⁊ negatio illi⁹: Et sic ista ē
vera oculus ē cecus nō tñ ista. la.

pis ē cecus. vt p̄z. Adō ad p̄posi
tū. peccūz origiale dicit priuatio/
nē vt paruit. ḡ debz dici p̄dicatiue
de illo i q̄ ē debitū ad iustitiā quā
ip̄m negat: Et cū solus fili⁹ nāl̄
Ade sit huiusmōi iustitie d̄bitoz. ḡ
peccūz origiale tñ d̄ ip̄o dicit. s̄z
statz dices. q̄ ista v̄itas p̄dicat: tā
Sco. q̄z Ansel. Qui volūt q̄ pec
catū origiale sit i volūtate tāq̄z in
s̄bo. vñ ip̄e Ansel. d̄ Lōc. v̄gi. c. 13
dicit. Nā quēadmōz cecitas nō ē
i aliqua pte hoīs: q̄zuis hō dicat
cecus nisi i oculo. vbi debz eē visus
ita massa ḡnis hūani: s̄z peccatrix
noief: n̄ tñ i vlla pte ei⁹ ē peccūz:
nisi i volūtate. hec ibi. Et i 4. c. di
cit. Quā ḡ nō ē origiale peccūz. iō
nec i Angelo nō ē nisi i hoīs aia
rōnali. hec ibi. Et i 5. c. p̄bat q̄ so
la volūtate punit qz ip̄i soli ip̄urat
carēna iustitie. ḡ ⁊ c. Ad hoc dico
breuiter. q̄ p̄missa v̄itas nō cōtra
riat Ansel. aut Sco. In ip̄a. n. lo
cut⁹ sū de peccō origiali: In quā
tū ē termin⁹ p̄notatiuus q. s. signi
ficat aliquod totū priuatiū aliqua
forma debita sibi inesse: Et qz vo
lūtate vt volūtate nō est id priuatiū
ista forma sibi debita: Sed volun
tas vt potētia huius aie que ē for
ma huius corporis p̄pagati semi
naliter dicit eē illud priuatiū: s̄z. ḡ
i mediatiū subiectū iustitie sit volū

tas et per consequens priuatio eiusdem
iustitie videatur potest dici de voluntate
saltem loquendo de tali priuatione et
subiecto cum precisio: tunc capiuntur pec-
catum originale et notatiue. sic dicitur de
toto et partibus sicut est iustitia origi-
nalis et notatiue supra significat quod
dam accidens supernale: cuius nec solum
corpus nec sola voluntas fuerat debi-
trix: sed magis totus et completus homo: qui
est hec persona et naturalis filius Adae
quod non potest dici de altero solum ipsius
et partibus. per quod veritas sine tradi-
tione. quod peccatum originale dicitur
priuatiue de toto et non de parte.

Conclusio secunda primi Arti-
culi principalis: declarans quomodo
contrahatur peccatum originale.

His veritatibus sic appendiose ex-
positis ponenda est tandem conclusio
principalis in hoc puncto. scilicet.
Quomodo probatur ipsum originale pec-
catum in ipsis filiis naturalibus Adae: Ad
quod intelligendum pono hanc conclusio-
nem de mente Franciscus ubi dicitur. quod peccatum
originale contrahitur per diuinum statu-
tum. Que quidem facilius patere potest: si
ita dicta bene considerentur: Nam cum pecca-
tum originale non sit a patre: nec a matre
generante et concipiente: nec a carne
ingnante. ut probatur in veritatibus pre-
missis. ergo debet poni quod infigitur ab

ipso iure regulante. Unde statuitur:
Deus. quod quecumque anima rationalis unius
corpori propagato ex semine Adae
in qua sit careria originalis iustitie:
intelligatur macula hanc hanc originale:
Et per huius conclusionis noticia in-
ducit Idem Franciscus quattuor exempla
per quorum similitudinem facilius modus
huiusmodi tractionis peccati haberi
potest. Primum est. quod sicut probatur Irre-
gularitas in bigamo per ecclesie sta-
tutum: quod dicitur quod quicumque contrahet cum dua-
bus uxoribus sit irregularis. 33. di. c.
Maritum: vel quicumque contrahit cum vi-
dua ab alio marito cognita est et
irregularis. 32. di. c. Seriatim: Ita
deus instituit: ut quicumque spiritus desponsa-
tus fuerit carni propagato ab Adae
obligetur ad penam damnationis. que est pena
peccati originalis et sic ipsum peccatum con-
trahat. secundum exemplum est. Sicut irregu-
laritas probatur in spurio per eiusdem
ecclesie statutum. ut. ex. de elec. c. In-
notuit et ex. quod filij sint. legi. c. per ve-
nerabilem et melius extra eo. quasi
per totum: Ita institutum est a deo: ut qui sic
concipitur seminaliter priuatur eterna
beatitudine nisi superueniat dispensatio:
et sic probatur originale. 3. exemplum est. quod
nati ex parentibus suis suis et hoc
ex solo imperatoris mandato. h. 2.
l. et suorum. §. 1. ff. de statu. ho. quod se-
quuntur conditionem veritatis. l. Ne diu-
tius. §. a simili: et nati ex parentibus

fuis peccati nascuntur sui eiusdem peccati
respectu. 4. exemplum est. quod sicut prohibetur
quodam nota in privationibus: puta in illis
quod nascuntur per aliquem modum ab ecclesia
prohibentur: quod privatur dignitate ecclesia
stica: ut patet. 3. de filiis presbiterorum. et
maxime in spuris. id est in sacerdotio ge
nitris: quod non possunt esse canonici in
ecclesiis priorum suorum: ut habetur extra
eo cum decorum. et c. ad abolendam: et si
secus presumptum fuerit non valet nisi
cum talibus sit dispensatum. ut extra. eo. c.
1. sic ex privatione huius originalis in
stitue prohibetur nota culpe: quod fit in ha
bitis quod ministrare altari ecclesie trium
phantis: nisi fuerit dispensatum secum per
lauacrum sacri baptismi: Ex his ita
quod exemplis potest patere veritas conclu
sionis: quod sicut per irregularitatem qua est
aliquis inhabilis ad suspensionem et
executionem ordinum: et per parietes
suos nascitur quod suus: quod tamen solum ex
voluntate principis: aut statuti prin
cipis: Et eodem modo in proposito non
dicendum de anima unita corpori sic per
pagato: quod prohibetur peccatum originale
solum ex diuino statuto: Quod valde
est notandum ab amatoribus innocentie
virginis: cum multum deseruiat per intel
lectionem parte conclusionis articuli sequen
tis: in quo concluditur possibilitas pre
seruationis virginis a tali contractione
principaliter per hoc: quod sicut diuino
statuto omnis ab Adama propagatur tali

de comuni lege inficitur macula: sic
potuit deus gloriosus dispensare cum
hac benedicta anima virginis unita tali
corpori: et seminaliter propagato: quod
non prohiberet talem maculam. patet. quod li
bere fecit illam legem. quod potuit illam
mutare magis aut suspendere: Et
si quod istam possibilitatem in deo negat:
altera videtur culpa accusandi: aut
scilicet ignorantia: qua modum con
tractionis talem peccati minime cogno
scunt: aut impietate qua dei et virginis
meritis excellentibus contristantur: Sed de
his ibi diffusius. Licet autem ita sit
Et procedens conclusio dicit: tamen ma
gis dilatanda est materia ista: ut
clarius intelligatur: Et maxime propter
verba Magistri: et aliorum Theo
logorum in 2. di. 30. et 31. conclusionem.
quod peccatum originale transit in poste
ros propagabilem generatos: Et quod
ipsum per carnem traducitur: Quod igitur
hoc verum sit declaro premittendo tamen
propter istud quattuor propositiones
satis manifestas apud theologos.
prima est: quod tota natura humana fuit in
Adama originaliter. patet. per Tho.
di. 30. Et per Aug. 13. de Ciuitate dei.
c. 4. di. In primo homine per feminam
in progeniem transiunt vniuersum
genus humanum fuit: quoniam illa coniu
gium copula diuinam sententiam exce
pit: Et in c. 14. ibidem dicit omnes
enim fuimus in illo vno: quoniam omnes

Ille vnus corrupit. q per feminaz
lapsus ē in peccatū. q̄ de illo facta
ē añ peccatū: hec ille. Et Ansel.
de Cōcep. Virgi. c. 3. dicit: q̄a to-
ta humana nā i illis erat ⁊ extra
illos de illa nihil erat: tota ifirma-
ta ⁊ corrupta ē: Et i. c. 20. Idē di-
cit: Equidē negari nequit infan-
tes in Adā fuisse cū peccauit. Sz
i illo causalr siue materialr. Undē
i illo fuerūt ille: i se sūt ipsi: fuerūt
ḡ. i illo: sz nō ipi qz nōdū erāt ipi:
hec ille: Ex hac ppositiōe seqtur.
2^o s. q̄ Adā accepit iustitiā ⁊ p se
⁊ p tota sua posteritate. p3. qz ipe
p̄siderat nō tm̄ vt iste hō: sz vt p̄i-
cipiū ⁊ stipes totius hūane nē. g^o
q̄cqd fuit sibi collatū fuit collatum
oib² suis posteris: In quātum sta-
tuerat deus talē iustitiā originalē
dare ppagatis ab ipso si nō pone-
rēt obicē: Ex hac. 2^o seqtur. 3^o pro-
positio. s. q̄ quilibz ē debitor hui²
iustitie. p3. p̄ Sco. vbi. s. q̄a Adā
acceptate iustitiā deus voluntate
antecedēte. i. quātū erat ex parte
sua et sine sp̄ali dono dedit illam
ta: minime ei⁹ natiuitas eēt colen
da. S; qz auctoritate sc̄toruz pa
trū. vt nouit caritas vestra. vene
rat: p̄stat eā ab oī peccato origia
li fuisse imunē: per quā nō solū ma
ledictio eue soluta ē. vep̄ et super
oēs filios ire. omni abūdātia gra
tiarū est impleta: nullis. q̄ subiacuit
delictis. nec originale pctūz in vte
ro sanctificata p̄xit. hec ille. Bea
tus quoq; Ansel. pro ista materia
fecit duos libros. Et semp̄ conclu
dit p̄ n̄ra sancta opinione. vnde.
primo li. de tali benedicta virgi
nis conceptiōe. c. 3. ait. Cum ipsa
conceptio habitaculū fuerit. vt dicit

rimus summi boni. si peccati ali-
cuius ex prime p̄uaricatiōis origi-
ne maculā traxit. qd dicemus? uti
q̄ diuina voce dicitur. Priusq̄ te
formarem in utero noui te. ⁊ an-
teq̄ exires de ventre sanctificauit
te. De Joanne quoq̄ angelus.
qui eum nasciturum nūtiabat asse-
ruit. q̄ spiritu sancto replebitur ex
utero matris sue. Si igitur Jere-
mias in gentibus futurus p̄phe-
ta. in uulua est sanctificatus. ⁊ io-
annes ex utero matris. est spiritu
sancto repletus. quis audeat dice-
re singulare totius seculi p̄opi-
tatorium. ⁊ v̄nci filij dei dilectis-
simum reclinatorium: mox in sue
conceptionis exordio sancti sp̄i-
tus gratia ⁊ illustratione destitu-
tum. attestante vera scriptura. vbi
spiritus. ibi libertas. ⁊ seruitu-
te igit̄ omnis peccati libera fuit.
que omnium peccatorum p̄p̄ria-
tori aula: i qua: ⁊ ex qua persona-
liter hō fieret sp̄s sancti p̄ntia ⁊
opatiōe p̄struebat: hec Ansel. Et
ibidē. 3. c. ⁊ continuat cū. c. 4. po-
stea q̄ dixit. q̄ nō vult a catholice
⁊ vniuersalē eccl̄ie veritate dissen-
tire. infert. Magnitudinē opera-
tionū diuine virtutū. quadā mētis
limpitudine p̄ posse p̄siderans. vi-
deor̄ mihi v̄dere. quia si qd origi-
nalis peccati in p̄pagatione ei?

⁊ cōis vitij extitit. p̄pagatiū ⁊ nō
p̄pagate prolis fuit: Et infra: Si
dominus castanee confert. vt ⁊ in-
ter spinas: remota cōpunctione
concipiatur: alatur: formetur: non
potuit dare humano. quod sibi pa-
rauerat templo: in quo corporaliter
habitaret. ⁊ de quo in v̄nitate
persone perfectus homo fieret. vt
licet inter spinas peccatorū conci-
peretur: ab ipsis t̄n spinarum acu-
leis omnimode exors redderet?
Potuit plane. ⁊ si voluit fecit. Et
quidem: quicquid dignum unq̄ d̄
aliquo: extra suam personam vo-
luit. perperam est de te: o beatissi-
ma feminarum noluisse. hec ille.
Et videtur in verbis istis: respon-
dere illis qui dicūt. q̄ quia fuit ex
matrimonio nata contraxit origi-
nale. respondens. q̄ si aliquod ibi
fuit peccatum. fuit non prolis ge-
nite: sed parentum generantium.
accipiendo large peccatum p̄ ip̄a
libidine: Et iterum in eodem. 4.
c. dicit. *Ab* matrem te fecit suaz ille
rerum omnium factor ⁊ guberna-
tor dominus. omnium inq̄ intelli-
gibilium ⁊ intellectum transcen-
dentium. ⁊ te dominam ⁊ impe-
raticem celozum terrarum. ⁊ ele-
mentorū constituit. ⁊ vt ita esses:
i utero m̄ris tue a primordijs p̄ce-
ptionis: opante sp̄u sc̄to cōbaris.

Nunquid igitur in tanta futura gloria: Summi videlicet dei mater vnica: et oium quae sunt. fuerunt et erunt pro filium tuum in patre prudens ac nobilis: nunquid in exordio tuo talis esse debuisti. ut oium quorum te dominum gerere certissime nouimus aut paritati: aut subiectioni possis adijci? hec Anselmus. si autem habuisset originale: habuisset patrem et maiorem. patrem. scilicet in utero sanctificatos. maiores. scilicet angelos. qui nullum habent peccatum. Et ibidem. scilicet. c. dicit. Ille assertor pure veritatis et a filio tuo tam celo presidente vas ellectentis cognominatus. oes homines in Adam peccasse fatetur. Vera utique sententia. et cui predicere nephas esse pronuntio Sed cum eminentiam gratie dei in te considero. sicut te non intra oia quae facta sunt: inextimabili modo conueor. sic nec lege aliorum in tua conceptione demerita fuisse opinor: sed singulari et humano intellectui impenetrabili diuinitatis virtute et operatione ab omni peccato adiunctione liberrima. hec Ansel. Et respondet oibus illis auctoritatibus. quibus dicitur: oes in Adam peccauerunt. nascuntur filij ire: et quasi oues errauimus. et quod omnis comuni lege natus contrahit originale. quia filij ade. Respondet. g. Ansel. quod vir-

go benedicta. non est de numero omnium: sed super numero omnium. sicut si dicatur: omnes de regno tali sunt tributarij regis. non intelligitur mater vxor et filius. quia adimuntur: cum sint super omnibus. Item idem Ansel. eodem. c. infert: peccatum fuerat. quod homines a pace dirimebat. et ut illud filius dei euacuaret. sic quod ad pacem genus humanum reuocaret. homo fieri voluit. et talis. ut nihil in eo aliquatenus remaneret. quod non concordaret ei: unde homo a deo discordabat. quod. g. ita fieri oportebat. matrem de qua talis lis crearetur mundam ab omni peccato esse decebat. Aliter quo pacto. illi summe puritati tanta coniunctione vniretur. ut indifferenter: que sunt hominis essent dei: et que dei hominis essent: hec Ansel. Et in c. 6. Adhuc propone tibi palatium quod specialiter suis vsibus aptum existat. conseruere volentem: in quo et ipse frequentiori: et festiniori occursum conuerteretur: et omnibus. ope eius atque auxilio indigentibus. mitiori et leniori vultu respondeat et auxilietur: pateretur ne queso in principio palatij: fundamentum inualidum: et structure. quae foret edificanda incongruum et non coherens? Non puro: si sapet et pro-

fitum suū ad effectū pducere [vel,
let. g. sapias añ oia secula pposuis
se sibi habitaculū: qđ specialiter co
habitaret cōstruere. similiter indu
bitata fide tenem⁹. Qđ aut babi
taculū istud fuerit: iam dudū inno
tuit. hoc enim habitaculū . illud sa
crariū spiritus sc̄i esse fatemur; in
quo: ⁊ p qđ eadē sapientia. huma
ne nē cōiūgi voluit ⁊ in corpora
ri: ⁊ oibus se pura mēte cōfitēri
bus parcere: ⁊ misereri. qđ sacra
rium. aula videlicet vniuersalis p
pitiationis: cū opante spiritu sc̄o
cōstrueretur si fundamentū illius:
initium. siue primordiū cōceptio
nis. b. *M*arie corruptum fuit: ip̄i
certe structure nō cōgruebat: nec
coherebat. hec *Ansel.* Et ibidē. f.
6. c. idē infert. inscia ne fuit ⁊ ipo
tens sapia dei ⁊ virtus: mundū si
bi habitaculū p̄dere: remota oī la
be cōditionis humane? Angelis
alijs peccātibus a peccato serua
uit: ⁊ feminā matrem suā mox fu
turā: ab alioꝝ peccatis exortem
seruare nō valuit? in eternitate cō
siliij sui fixū statuit: eā dominatricē
⁊ reginā fore angeloꝝ ⁊ nunc in
feriorem angelis natā: in cōsortiū
acceptam esse credimus oīum pec
catoꝝ? Existimet hoc ⁊ argumen
tis suis p̄bet q̄ vult. ego vōec ostē
dat. n̄bi deus aliqd digni⁹ excel

lentie dñe mee posse dici. que dixi
dico. que scripsi. nō muto. ceterum
me. ⁊ intentionē meā. filio eius ⁊
illi cōmitto. hec *Ansel.* Et ibidē
7. c. dicit. Nihil tibi domina equa
le. nihil cōpabile est. omne enī qđ
est: aut supra te est: aut subtus te ē
qđ sup̄ te ē. sol⁹ de⁹ ē. qđ ifra te ē
est omne qđ deus nō ē. ad tuā tē
tam excellentā. quis aspiciet? quis
p̄tinget? Et certe vt ad banc ex
cellentiā puenires. in humillimo
loco. i. in vtero matris tue purissi
ma oriebaris. q̄ si tali modo con
cepta ⁊ ordinata nō fuisses: in tā
tam celsitudinez nō succreuisse.
hec *Ansel.* Et in. c. 9. ait. de domi
na nostra: quam in tantū culm. en
predestinauit ⁊ extulit diuina po
tentia: quā tot p̄rogatiuis dota
uit. cuncta disponēs dei sapia: quā
sibi matrem elegit ad mundo sub
ueniendū ipsa omnium saluādoꝝ
ineffabilis dei misericordia dice
re morte peccati. que per inuidiā
diaboli occupauit orbem terrarū
in suo conceptu p̄grauari. vt ta
ceaz interim ipsas quas superius
cōmemoraui rationes: animus e
uitat: intentio abhorret. Lingua
fateri non audet. Et infra eodem
c. infert. Qui aliter sapiunt. ⁊ me
lius approbant credāt. Ego pijs
sima oīa qualiscūq̄ seruulus cre

do et confiteor. quia in te ex radi-
ce tesse pulcherrima: ac per hoc. ab
omni quod te coloret peccati
vulnere aliena: integerrima perma-
nens. florem purissimum protuli-
sti: non qualicumque. sed super quem
septiformis spiritus regevit. hec
ille: Omnia ista o sancte conce-
ptionis amatores deuotissimi An-
selmi verba fidei. et distincte hic
recitavi. ut unusquisque vestrum perci-
pere possit: quantum et miraculis et
reuelationibus per pia hac credi-
ta veritate: spiritui sancto attesta-
ri placuerit. Nunc itaque taceat: nunc
obmutescat: falsa quorumcumque
oblocutio aduersariorum. qui fan-
tastice imaginationi attribuunt. quod
virginee innocentie zelatoribus di-
uinus suggestit spiritus: et ignorantie
nomine accusant. quos deuotione
cognita humiliter iam imitari
deberent. Sufficiat igitur tan-
dem. has ex multis adduxisse ca-
tholicas auctoritates. expressam
de matris christi puritate mentio-
nem facientes: post quas tempus
est. nonnullas alias (ut promissum
fuit) recitare: que bene intellecte.
preservationes creditam in benedicta
virgine implicite sonant: quarum co-
piosa est multitudo. et quarum vera
interpretatio huius non potest. nisi con-
fiteatur intentus conclusionis ut est

illud Angeli ad Mariam Luce.
2. Gratia plena. quia cum secundum
hieronymum. ubi supra. plenitudo gra-
tie. que est in christo. venit in Ma-
ria: quod quod aliter et aliter. et inter
gratias diuinas innocentia prima-
tum habet. quod virgo Maria habuit
innocentiam: similiter fuit benedicta in-
ter mulieres. id est. plus benedicta quam
omnes mulieres secundum hieronymum.
Eua autem pro magna benedictione
habet innocentiam originalem: ita
quod a sui esse primordio fuit inno-
cens. quod hac non priuatur ista be-
nedictissima: Sed ne idem multo-
tiens repetatur in applicando san-
ctorum dicta nostro proposito. quod
vitio non careret in tanto ordinato
processu. prius in unum congrega-
bo que in gloriose virginis laude
a sanctis dicta sunt: et tandem ex
illis ob prolixitatem vitandam inte-
tum primarium concludam. De
hac igitur tanta virgine. Hieronymus.
ubi supra. ait. quod natura non ha-
buit: usus nesciuit: ignorauit ra-
tio: mens non capit humana: pa-
uet celum: stupet terra: creatura
etiam omnis celestis miratur. Et
infra. Quicquid in ea gestum est: to-
tum puritas et simplicitas: totum
veritas et gratia fuit: totum miseri-
cordia et iustitia. Et infra. Si dili-
gentius aspicias: nihil est virtus:

nihil speciositatē: nihil candoris
glorie. quod ex ea nō resplēdeat.
Et infra. Plena siquidē gratia:
plena deo: plena virtutibus. Et
infra. Quid nobilius matre domi-
ni? Quid splendidius ea: quā ele-
git splendor eterne glorie? Et in-
fra. Hec est ortus conclusus: fons
signatus: puteus aquarum viven-
tium: ad quā nulli poterūt doli ir-
rumpere: neq; prevaluit fraus ini-
mici: sed permansit sancta mente
et corpore multis privilegijs do-
norū sublimata. Et in sermōe an-
nūtiationis. Quid dicā paup̄ ige-
nio: cū de te qcqd dixerō: min⁹ p̄fe-
cto est: q̄ tua dignitas meref. hec
ille. Hec oīa dicta arguūt p̄serua-
tionē ab originali. p̄z. discurrendo:
Et meli⁹ iā patebit Et Ansel. vt
s̄. notatū ē. Recuit vt virgo Ma-
ria: ea puritate niteret qua maior
sub deo nequit itelligi. Et idē in
orōnib⁹: Gloriosa vgo: et mīr miseri-
cordie. Regina et fons totū dul-
cedis et pietatē: qd dicem⁹? Quali
organo vocis: v̄l quo iubilo expri-
mem⁹ quātū tibi debeam⁹? Quic
qd ptulerim⁹ min⁹ ē: et quasi nihil
ad ea q̄ tibi debem⁹. hec ille. Et
Ber. i sermōe de assumptiōe. I. s̄
Maria loq̄ gestiant oēs: tū qcqd
dī de indicibili: eo ip̄o qd dici po-
tuerit min⁹ ḡtū sit: min⁹ placeat:

min⁹ acceptef. Que nā potēit līn-
gua ēt si angelica sit dignis extol-
lere laudib⁹ v̄ginē m̄rez: Matrē
aūt nō cuiuscūq; s̄z dī? Que. n. an-
gelica puritas v̄ginitati illi audeat
p̄parari: q̄ digna fuit sp̄s sc̄i sa-
crariū fieri: et hitaculuz filij dei s̄
ille. Et hylarius. v̄go b̄ndicta sup
oēs feminas: q̄ ēt angelos vincis
puritate. Et Ambro. li. s̄ v̄ginita-
te. Quid splēdidius ea: quā splē-
dor elegit? Et idē. Tāta ē huius
v̄gis excellēna: vt ab ei⁹ narratiōe
balbutiāt oēs lingue: excutiantur
oēs itelligentie: deficient omnes
similitudines parabolice. hec ille.
Et Aug⁹. in sermōe de natiuitate
dñi dicit. Quā preciaz redēptiōis
n̄re imaculatū eē debuerat: p̄pter
ea Maria mater electa ē: et su-
per oēs creaturas p̄electa: oibus
gratijs fecundata omni sanctitate
et virtute i vtero matris repleta:
vt de mūdissima matre: mūdissi-
mus nasceret filius. Et sicut i ce-
lo: fili⁹ habuit patrē immortalē et
eternū: sic et i terra habuit matrē
oī corruptiōe carētē. q̄ i celo qua-
lis ē pater: talis ē fili⁹: et i terra:
qual ē mater: tal ē s̄m carnē fili⁹.
In celo cū patre eternus et imen-
sus: et i terra cum matre imacula-
tus et māsuetus. Et idē in tracta-
tu s̄ icarnatiōe dicit. Hōiez pepe-

rit vgo decora vgo spōsa: tota pul
cra: tota spetiosa: flos floꝝ: pulcri
tudo vginū: celi regia: mūdi gl'ia.
O digna digni. O immaculata ima
culati: O sancta sancti. O Ma
ria splēdor mūdi. gl'ia celi: qualē
filiū nobis peperisti? Et infra. O
felix femina: iter ceteras feminas
bñdicta: cui? vter fuit reclamato
riū dei: tēplū spiritus sācti: lectus
eburneus xp̄i: Thalamus diuine
maiestatis: Quāto scitatis puta
bimus aīaz tuā fuisse. q̄ ad imagi
nē dei cōdita ⁊ facta p̄sistit: cū ca
ro tua tm̄ placuerit creatori. vt ea
sibi faceret palū laudis: ⁊ lorica
victoriosi certamis? Et infra. Tu
tota pulcra: tota formosa: tota de
lectabilis: ⁊ tota gloriosa: Tu ma
cula n̄ la fuscari: tu oī decoꝛe ve
stiri: tu oī sanctitate ditari: tu su
per oēs virgines sancta i carne: tu
sup oēs angelos ⁊ archangelos
sancta i mēte: tu cūctas feminas
vincis pulcritudine carnis: ⁊ oēs
angelos excellētia sāctitatē: tu ple
na dō: tu plena spiritu sancto. hec
alle. Quid plura? nō sufficeret ma
nus ⁊ tēpus: si sanctorū dicta ex
cellētiā tāte virginis exprimētia
p̄memorare vellē: s; breuitatē me
mor hec sufficiāt. Adodo ad pro
positū p̄bo: q̄ oīa ista sunt falsa: si
p̄xit Maria origiale p̄tūz. ⁊ ar

guo sic. Aliqd ē virtutis: spetiosi
tatis: splendoris: p̄uilegiū: doni:
dignitatē: puritatē: sanctitatē: quod
nō fuit in virgine Maria. q̄ p̄re
missa dicta sūt falsa: p̄sequētia p̄z.
qz duoz p̄dictioꝝ: si vnū veruz:
reliquum falsum. Sed dicere. ali
quid virtutis ⁊ nihil virtutis sunt
contradictoria. vt patet. Antece
dēs aut illud p̄bat: Quia si con
traxit origiale p̄tūz. q̄ caruit iusti
tia origiali: ⁊ gr̄a sibi equalente.
q̄ aliqd ē virtutis spetiositatis qd
nō fuit in virgine Maria ⁊ sic il
lud aīcedēs ē verū si habuit origi
nale. ⁊ p̄sequēs dicē. q̄ nihil ē
splendoris vel virtutē ⁊ c. sicut dicūt
sanctorū auctoritates adducte est
falsuz. Ad idē arguo sicut: virgo
Maria nō fuit p̄electa imma
culata: nec secundata oībus gra
tijs: nec mundissima: nec purior il
la maior puritate sub celo intelli
gibili: nec digna digni: nec gloria
celi: nec tota pulcra: nec splendor
mundi: nec est illa tante excellen
tie. q̄ ab eius laude deficiant siue
balbuerent oēs lingue. q̄ dicta sup
allegata sunt falsa. p̄z. p̄sequētia:
per regulaz eandē p̄dictioꝝ: ⁊
aīcedens ē. p̄z. qz immaculatus:
mūdissimū: purissimū: ⁊ huiusmo
di opponūtur mac̄e: ⁊ iniustitie.
ergo vbi ponitur vnū: alterū exclu

ditur. p. p. noticia prior si. g. ma-
culā originalē habuit et iniusticiā
g. fit exclusio imaculatissime et mū-
dissime puritatis: et sic illud ante-
cedens est verum. s. q. nō fuit mūdif-
sima. g. et c. Ad idem. 3. arguo sic.
Hec benedicta nō vicit oēs hoīes
puritate: nec angelos: nec vestitur
oī decore: nec ē digna oī laude. g.
scōrū auctoritatis sunt false. p. cō-
sequētia eadē regula p̄dictorio-
rū. et antecedens p̄batur. q. p̄ri-
mi p̄ntes: siue saltē angli bene-
dicti hnt innocētiā et iusticiā. ut
opponunt macule originali: quaz
nō hz virgo Maria. g. nō mō nō
supat eos puritate: imo. ut sic supa-
tur quare et c. Ex qbus deductōib⁹
p. p. dicta scōrū de excellētijs vir-
ginis nō possūt vero sensu interp̄-
tari. nisi cōcedat. q. eadē virgo ha-
buerit inocētiā originalē: et sic q.
nō p̄rerit p̄ctūz originale: et licet
illud nō hēatur in superficie verbo-
rū: et i sēsu p̄. cuius cām assignabo
in articulo sequenti: tñ hētur in sē-
su. 2. ellicito ab intentione eoz: q.
ut presupposui necessario respiciē-
da ē: s. m̄p̄ certe videt̄ b̄ calūniā
tibus veritatē hanc: qualiter ar-
stotelis dicta. et aliorum p̄horuz:
sub hoc. 2. sensu interpretari conā-
tur ut possint istius pagani senten-
tias: tanq̄ veras sustinere. que si-

ent verba sonant falsitatē preten-
derent. Et in auctoritatibus sā-
ctorū de laudibus regine celi loqn-
tibus: vsq; ad medullā se p̄funda-
re negligunt: et quacunq; ēt mini-
mā in talibus dictis extensionē. p̄
virginea glā ab alijs factaz nullo
modo admittunt. Quirū etiā est
quomodo huic beatissime aliquid
deficere. qd̄ veritatē āgelicā: imo
Sp. s. euacuet affirmare p̄sumāt.
Et quā oīum gratiaz: v̄tutū: bea-
titudinū plenam oēs p̄clamant: si-
bi innocētiā et iusticiā defecisse
predicent: Sed de his satis. ipsi
viderint. 3. ad principale arguit̄
ex. 3. medio. s. ex illatione p̄mis-
se p̄batiōs. Ante cuius formatio-
nē notandū. q. auctes et p̄suasue-
rōnes hacten⁹ adducte: deuotis v̄-
ginis: quasi demonstratiue cōclu-
dunt: nihil in ipsa infuisse. qd̄ re-
pugnet puritati illius: qua sub ce-
le maior nō potest itelligi. Quia
tñ nō oībus datū est nosce mis-
teria tante regine. qz nō velamē ha-
bēnt eoz itellectui. ideo sufficiat
sic vellatis et offuscatis mētibus.
p̄ p̄cedentia cōgruitatē p̄ser-
uationis cōclusisse. Nec aliquos
credo ita lapidei cordis fore: qui-
bus satis cōgruū nō videat. q. illa
q̄ erat electa et p̄electa ad gr̄arū
plēitudinē. et diuinā p̄ntelā nul-

la peccati sorde macularet : aut
nunq̄ dei inimica fieret. His. g. a
ctualitatem p̄seruationis neganti
bus : et tamē cōgruitati annuenti
bus : arguit̄ ex s̄dicto medio. q̄d
argumentū : est quedā illatio p̄
bationū precedentū : et formatur
rō sic. Possibile fuit et congruū. q̄d
ego gloriosa nō p̄xerit p̄tūz origi
nale. g. ita fuit d̄ facto. antecede
s p̄ utraq̄ parte patuit in . p̄. r. . r̄
cōclufione : huius articuli : et cōse
quentia patuit in veritatibus pre
cedātibus : quibus cōcludebatur . q̄
oē possibile . et cōgruū in deo ar
guit actualitatē. g. r. c. Et hoc talī
mō : sepe vtunt̄ theologi in puris
credibilit̄ : vt. p̄. de incarnatio
ne filij dei : quā actu factā sic cō
cludunt. qz illa fuit possibilis et cō
grua. g. de facto fuit : nec est effica
cior rō ad p̄bandū mirabilia dei
facta esse : q̄ eius dei potentia et
cōgruitas : iuxta illud Aug. i epl̄a
ad volufianū. In rebus mirabili
ter factis : tota rō facti. est poten
tia facientis. hec ille. Lū. g. virgi
nea hec p̄seruatio. inter alia dei
magnalia cōnumere : ad illā con
cludendū actu factā : optimuz hoc
argumentū est. et eius deuotus de
monstratiuū : possibilitas. s. et con
gruitas : quoz alterū negare : iniu
stū alterū dubitare : crudele esset.

g. r. c. 4. rō est fundata sup 4. me
dio. s. auctoritate ecclesiastice pro
bationis. p̄o cuius clarioz noti
cia p̄mittunt̄. quatuoz dicta sa
croz canonuz familiaribus satis
māifesta. primū ē. q̄ eccl̄ia d̄i mul
tipliciter capit. hoc. p̄. in glo. sup
c. scire debes. 7. q. 1. Et quātum
spectat ad p̄sens p̄t̄ capi. p̄ p̄gre
gatione fidelū. de. con. di. 1. eccle
sia. et ēt p̄ papa. vt. 24. q. 1. Q̄d cū
q̄. ēt p̄ ep̄o. vt i eo. c. Scire d̄bes.
ēt p̄ maiori pte. vt in. c. Ap̄lica.
56. di. 2. dictū est. q̄ eccl̄ia sūpra
p̄ cōgregatione fidelū. nō p̄t̄ d̄
cipi : licet hoc nō sit necerūz de ec
clesia sūpra alijs modis. p̄. ps. p̄. p̄.
p̄ lutiū papā. 24. q. 1. c. Et recta. di
cētē. Hec sācta et ap̄lica. mater of
um ecclesiaz xp̄i ecclesia . q̄ p̄ dei
oīpotētis gratiā a tramite ap̄lice
traditionis nunq̄z errasse p̄bat̄ :
nec herencis nouitatib̄ deprauā
da succubuit : s̄z vt i exordio nor
maz fidei xp̄iane p̄cepit : ab aucto
ribus suis ap̄loz xp̄i principibus
illibata. si detenus manet. hec ibi.
Cōcordat glosa ibidē : et adducit
rōnē dicens : hoc ēē. qz xp̄s bene
dici⁹ rogauit p̄ ea : vt nō defficēt.
21. di. §. 1. versū. Ego p̄ te. 2. ps di
cti istius ē. p̄. qz ps fidelū. vel
papa. vt hō p̄t̄ errare : cū multoci
ens regant̄ p̄prio iudicio : et sic d̄

bet intelligi id quod habetur l. c. Et no-
bis. de sen. exco. quod iudicium ecclesie
nonumquam opinionem sequitur: quam et fal-
le sepe contingit et falli. Sicut in-
c. latoz pntu: de. sen. et re. iudi. et
in. c. consanguinei. 3. dictum est. quod in
cultu dei. maior est zelus huius papa: quam
alij christiani. p. 24. q. 1. c. officij.
vbi dicitur. officij nostri consideratione: non
est nobis dissimulare: non est taceri
libertas: quibus maior cunctis christiane
religionis zelus incubitur. hec ibi.
Et glo. in verbo tacere: dicit. Ta-
curnitas est magnus vitium in papa
vt. 40. di. Si papa. 4. dictum est. quod
papa censet habere omnia iura in scri-
nio pectoris sui. pat. 3. de. constitu.
c. 1. li. 6. His premissis format ratio sic.
Ad quod per quamdam vniuersalem tradi-
tionem ab ecclesia primo modo obser-
uatur: credit esse verum: sed preseruatione
bre virginis ab originali est per quam-
dam vniuersalem traditionem ab ec-
clesia obseruatum. igitur: talis preseruatione
credit esse vera. per consequentiam cum
minori: per ea que dicta sunt in 2. ratione
principali huius articuli: vbi conclu-
sum est. quod in omni statu militantis ecclie
tale festum celebratur: paucis exceptis:
quorum exceptio non obuiat: quoniam tra-
ditio hec possit dici vniuersalis: quia
quod fit a maiori parte christianorum et ma-
xime a capite cum principalioribus mem-
bris. a tota ecclesia fieri dicitur. ar. ex. de
elec. c. 13: qui in tali principio. et

ex de his que fiunt a maiori. par. capli
c. cum in cunctis. vbi dicitur. Quod fit a maiori
parte capli: rotum capli facere vi-
detur. Maior autem argumenti. per se-
cundum dictum. quia quod fit a congregatione
fidelium: presumitur diuina inspiratio-
ne fieri. et sic sine errore fieri. per
per dicta. Confirmatur persuasio hec. pa-
pa prestat beneficia spiritualia et
municat de thesauro: ecclesie christi-
anis celebrantibus memoriam talis pre-
seruationis. igitur. presumitur. quod talis pre-
seruatio vera fuerit. per consequentiam
quia ecclesiasticus thesaurus non debet dis-
sipari. quare nec distribui per falsa
obseruata: et hoc non latet papam. cum
per quartum dictum. presumatur habere in
ra in pectore suo. falsa autem est ob-
seruata: si celebraretur per immacula-
ta que fuisset detrupata: imo talis ob-
seruata videtur culpabilis: saltem
referendo tale celebrationem ad ipas
receptionem: vt cõuiter a moder-
nis ipsa receptio accipitur: et hoc per
quia illa receptio non esset sancta: cum per il-
lam fuisset carentia iustitie et gratie:
et sic obseruare per sancto. quod est macula-
tum. non videtur culpa carere quare cum
pape singularis zelus sit in diuino cul-
tu. vt dicit. tertium dictum: non deberet pre-
mitare per errorem: imo deberet repel-
lere ipsum errorem: cum taciturnitas
indebita in eo est vitium sit:
quia vt dicitur. 86. di. c. Culpam.

Culpā pculdubio facientis habz: q quod potest corrigere negligit emēdare: immo sic premiādo magis erraret: q̄ celebrantes tale festum: iuxta illud. 24. q. 3. c. Qui alioz. vbi dicit. Qui alioz defendit errozē: multo amplius damnabilior est illis qui errant: quia non solum ille errat: sed etiam aliis offendicula erroris preparat. et pfirmat. hec ibi. Et sic patet. q̄ deuoti virginis iuste confuetur: et celebrant immaculatam conceptionē: quia ecclesiastica probatione. Eim autem et efficaciam: huius quarti medij confirmāt correlaria: hic infra immediate posita. patet consequenter. quod principaliter intendebatur in processu compendij presentis. q̄ videlicet Benedictissima virgo: nulluz originale peccatuz contraxit. Ex quibus omnib⁹: apparere potest. qualiter virginee innocētie zelatores: falso ab aliquib⁹ accusant: quasi credētes q̄ nulla firmata sūt auctoritate: aut persuasiva ratione: cuz tot vijs et modis manuducantur ad cognoscendum. et confitendum sinceritatem huius creditē conclusionis.

Correlaria decem ex supradictis sequentia.

Hec igitur probata veritate: Inferende sunt: decem: vt proposueraz: propositiones: ex dictis supra correlarie sequentes.

Prima propositio vel correlarium est: Credere et confiteri deū benedictū potuisse preseruare electam et preellectaz a macula originali. vel congruū fuisse preseruasse: aut q̄ de facto preseruauerit: nullum est peccatum. hoc probatum est supra: quia istud nō est contra diuinā aut ecclesiasticā legē: nec ppter hoc in nullo derogatur diuine: aut virginis pfectioni: imo ē signum animi bene sentientis de deo: et deuoti erga iesū. et Mariā: filiū. s. et Matrem.

Secūdū Correlariū est: Credere et cōfiteri: deū benedictū de facto preseruasse ab originali macula. hāc celoz Reginā: nlla ē heresis. vt ab aliquibus: ore blasphemio aliquñ oblocutū ē. p̄. aut. n. capiat heresis p̄ illo q̄ falsas: aut nouas opiniones sequit. vel gignit. sicut. 24. q. 3. c. Hereticus. Aut capiat p̄ illo. q̄ scripturā intelligit aliter. q̄ spiritus sanctus efflagitet. sicut ibidē. c. Heresis. Aut p̄ eo: qui a sacramentis ecclesie est diuisus. vt. 4. q. 1. Quod aut. Aut p̄ illo: qui transgreditur precepta sedis apostolice. vt. 19. di. c. Nulli. Aut

quomodolibet aliter: nunquā fauto
res huius credite veritatis aliquo
illoꝝ modoz: a notādi erūt: vt pz.
discurrenti p illos modos. ⁊ meliꝝ
hic infra patebit .

C3. Correlarium. Celebrare fe-
stum conceptionis benedictissime
matris est laudabile: ⁊ ad aiaruz
salutē proficiū. 2º ps huius cor-
relarij. pz. ex indulto. Sanctissimi.
B. nostri sicuti. 4. cōferentis ex ple-
nitudine potestatis celebrātibus
huiusmodi festū: tantū quantū cu-
stodiētibus festum preciosi corpo-
ris xpi: prima aut ps probat. qz
sicut in moralibus. actus dicitur re-
ctus: quādo cōformis rationi re-
cte. ita in actibus catholicis: ⁊ fi-
delibus: aliqua opatio dicitur recta.
qz cōformis regule recte. pz. simi-
litudo de se: s; talis opatio. puta
celebratio. est cōformis regule re-
cte: qz vniuersali ecclesie. q̄ est re-
gula ⁊ mater oīum ecclesiarū. i2:
di. c. i. Et vt Magistra in oībus
sequēda: ibidē. Et. xi. di. c. Quis
nesciat. in fi. Et q̄ n̄ pōt esse nō re-
cta tanq̄ directa a spū sc̄to. imo ni-
bil est rectū loquendo de rectitudi-
ne catholica. nisi qz conforme tali
regule. cū nō sit salus ex ipsā ec-
clīā de Sum. tri. ⁊ si. ca. firmiter.
Et. 24. q. i. Alienus est ⁊. c. Qz
ex sola. ⁊. c. Quoniā vetus. Assu.

ptū aut. s. q̄ talis celebratio sit cō-
formis ecclīe sufficiēter patuit. ē.

C4. Correlarium: Celebrare fe-
stuz cōceptionis virginis secundis-
sime: ē laudabilius ⁊ tutius q̄ n̄
celebrare cuius correlarij pbatio
stat i duobꝝ p̄suppositis. primū. q̄ ec-
clesia Romana est caput oīum ec-
clesiarū. ⁊ sic alie priculares ec-
clesie sunt mēbra. hoc. pz. i2. di. c.
i. vbi dī. Nulli dubiū est. q̄ Apo-
stolica ecclesia mater sit oīum ec-
clesiarū. a cuius regulis nullatenꝝ
vos cōuenit deuiare. Et sicut dei
filius venit facere voluntatē p̄ris.
sic ⁊ vos implete voluntatē m̄ris
vestre: que ē ecclesia. cuius caput
vt predictū est Romana consistit
ecclesia. hec ibi. Adēz ponitur in
c. sequē. Et de conse. di. 3. c. Cele-
britates. 2. p̄suppositū ē. q̄ mē-
bra debēt cōformari capiti. pz. qz
aliter sequeretur inordinatio in
toto. Et iō. i2. di. vbi ē. dicit. Nō
debet a capite mēbra discedere: s;
iux̄ scripture testimoniū oīa mē-
bra caput sequant. hec ibi. Ex q̄
bus arguo sic. Laudabilius est ⁊
tutius mēbra p̄formari capiti suo:
q̄ nō cōformari. 3. laudabilius ⁊
tutius est celebrare festū cōceptio-
nis: q̄ nō celebrare. Antecedēs.
pz. p̄ secundū p̄suppositū: ⁊ p̄se-
quentia ē. pz. qz celebrare est cō-

formari capiti. puta ecclie. ⁊ non celebrare est discordari ab ea.

¶ Quintū Correlariū: non celebrare festū cōceptionis nō denotat magnā pfectionē: imo est alicuius admirationis inductiuū: p̄tia pars est manifesta. qz nō celebrare tale festū: nec accedit ad bonorē filij: nec matris. 2^a pars pbat: naz nō cōformari cōsuetudini ecclie. que ē seruāda tanq̄ lex. vt hēt d̄ celeb. mis. p̄ntosus. ⁊ d̄ obseruari. ieiū. explicari. vt ēt melius dices in correlario. 9^o ē admirationis inductiuū: s; nō celebrare festum huiusmodi. est nō cōformari p̄fate ecclie: vt. p̄. 3. g. ⁊ c. Confirmatur. qz qñ alqd est idifferēs. ita. qz nō ē catholicā fidē. vel bonos mores. debet seruari id qd cōmuniter sit a societate illoꝝ inter quos uiuitur. vt hētur. 12. di. c. illa aut. vbi ⁊ ponitur cōsiliū Ambrosij datū Aug. de ieiunio sab̄bi dicētis. Cū Romā venio. sab̄bz ieiuno. Cū Mediolani sum nō ieiuno. Sic ⁊ tu. ad quācunq; forte ecclia veneris eius morē sua: si cuiq; nō vis eē scandalū: nec quēq; tibi. hec ibi. Cū. g. nō celebrātes hanc sanctā cōceptionē. nō seruent societate illoꝝ inter quos uiuit. puta oīū xpianōꝝ. g. inducūt admirationē: imo nisi eēt catholi-

ca tolerantia. nō exsarent a scādalo actiuo: vt. p̄. 3. p̄ verba recitata. Et maxime. qz. vt dicit ea di. Diuturni mores. nisi legi sint aduersi. cōsensu vrentiū app̄bat legem imitantur.

¶ Sextum Correlariū: Affirmare. qz tenentes virginē beatā cōceptā sine originali. vel qz celebrantes ei⁹ festū mortaliter peccēt. sūt de heresi suspecti. p̄. 3. qz detrabere ⁊ obloqui ē Romanā ecclia hereticū reputatur: S; affirmare. qz celebrantes. vel tenentes talē p̄seruationē mortaliter peccēt obloquuntur de Romana Ecclesia. g. ⁊ c. cōsequētia nota cū maior. p̄ id. qd ponit: 22. di. c. oēs. vbi assignatur differentia inter detrahentes iuri particulariū eccliaz. ⁊ ecclie Romanē. qz p̄mi iniustitiā cōmittunt. vt ibi dicit. ⁊ secundi: heresim. vnde infertur ibidē. qz fidē violat. qz adūsus illā agit. qz ē mater fidei. hec ibi. **¶** Minor aut p̄batur: Nā talis obseruantia ⁊ celebratio sit aucte ecclie. obloq̄ g. de huiusmodi obseruantibus est detrabere. non ipsis: sed ecclie Romanē cuius auctoritate tales obseruationē faciunt. ⁊ sic de sua heresi suspitionē inducere.

¶ Septimū Correlarium: predicare docere. ⁊ in disputationibus

simpliciter et absolute defendere
virginē beatā in originali fuisse cō
ceptā omniō partē oppositā cōdē
nando. est odij et male voluntatis
et ipsam virginē signū: et de heresi
suspicio probabilis: p̄tia pars. p̄3.
Nā licet simpliciter predicare et
tenere hāc purā virginē et fuisse ori
ginale. nullum sit peccatū. ut in. 3.
Articulo. puncto. 3. expositione
nona clarius dicit. in cōdēnare te
nentes oppositū arguit quādā xp̄i
excellētie et virginei honoris di
splicennā: qua nullū maius signū
male volūtatis. 2. ps p̄bat. Ostē
dere. n. p̄mptitudinē ad p̄tiner
resistēdū determinationi ecclesie.
est p̄babilē suspitionē de sua here
si tradere. s̄z predicans et absolu
te docens. q̄ virgo Maria sit con
cepta in originali. cōdēnans op
positū tenētes. ostēdit p̄mptitudi
nē ad p̄tiner resistēdū deter
minationi ecclesie. ḡ. et c. Cōsequē
tia nota cū minori. q̄z dicere. q̄ nō
possit salubriter impleri. q̄d cōce
dit ab ecclesia est ostendere. q̄ in
casu esset p̄mptus ipsi ecclesie p̄
tiner resistere: imo videt q̄ de
facto istud sit determinationi eccle
sie resistere. q̄z sic est dicere. q̄ ip̄a
ecclesia nō h̄z plenitudinē potesta
tis: Cōtra illud q̄d dicitur. 3. q. 6.

Aultuz. Similiter damnare vel
docere. q̄ nō possit p̄formari p̄sue
tudini Ecclesie est eius determi
natiōi resistere. ḡ. et c. **A**uluz aut
p̄batur. q̄z. 24. q. 3. c. Dixit Apo
stolus. dicit Aug. Qui sententiam
suā. q̄uis falsā nulla p̄tinaci ani
mositate defendūt et querūt cauta
solicitudine veritatē corrigi para
ti cū inuenerit. nequaq̄z sūt inter
hereticos deputandi. h̄ ibi. ḡ. per
Argumētū ex oppositis. Qui p̄tiner
resisteret determinationi ec
clesie hereticus censeret. ḡ. ostēde
re p̄mptitudinem resistendi il
li. est de sua heresi se reddere su
spectum.

Octauum Correlarium. Pre
dicare et docere virginem beauti
mam non conceptam in origina
li peccato. est valde laudabile et
Catholicum. Cuius Correlarij
veritas stat in tribus fundamen
tis. Primum est. q̄ est differen
tia magna inter causas per acci
dens: et causas per se. vel essenti
aliter ordinatas. quia in acci
dentaliter ordinatis secūda non
mouet virtute prime cum accidat
secunde. q̄ prima eaz p̄cesserit.
Sed in essentialiter ordinatis cau
sa 2. ita in agēdo. depēdet a p̄tia
q̄ nō mouet nisi illi virtute. et ut sic

Induit formā eius: Ex quo sequit̄.
q̄ si in his causis: posteriores cāe
supposito q̄: essent libere agentes
nollent mouere p̄formit̄ p̄ime: v̄t
si p̄ impossibile daret. q̄ mouerēt
q̄n̄ vellēt inordinate mouerent: v̄t
p̄3. itelligēt̄ terminos. Secūdam
fundamētum ē. q̄ ordines sacri in
eccl̄ia sunt ordinati essential̄. p̄3.
77. c. Illud nos: vbi colligitur q̄
gradatim q̄s debet ascēdē ad epi
scopatū: ita q̄ semp̄ posterior gra
dus p̄supponit priorē: ī t̄m. q̄ qui
ordinaret ep̄s: sine aliquo priori
ordine alijs dare nō poss̄ q̄d non
accepisset. ar. 1. q. 1. c. S̄ra: Et si
cut in cāis ordinat̄ essential̄: ē de
uenire ad vnā primā cāz in cuius
v̄tute alie agant: ita in his ordini
bus ē deuenire ad sūmū gradū .s.
ad sūmū p̄tificē: v̄t habet .21. di.
c. Cleros. vbi d̄r: P̄t̄ifex p̄iceps
sacerdotū ē: vel dicitur esse: quasi
via sequentiū: ipse. n. summus sa
cerdos: ipse p̄t̄ifex maximus nū
cupat: ipse efficit sacerdotes atq̄
leuitas: ipse oēs ordines eccl̄iasti
cos disponit: ipse q̄d vnusq̄sq̄ facē
debet oñdit. hec ibi. Tertiuū fūda
mētū ē. q̄d nulli non sacerdoti p̄di
care: hoc. p̄3. 16. q. 1. c. Adici
mus: vbi habet. q̄ nullus p̄ter dñi
sacerdotes audeat p̄dicare: Siue
Monachus siue laicus ille sit: cu

luscūq̄ sciētie noīe gl̄iet: Et 13. p.
c. plectis. 25. di. videatur. q̄ et ad
diaconū p̄tineat p̄dicare: cū ibi di
cat: ad diaconū p̄tinet crucem fer
re: et p̄dicare euāgelium: t̄n̄ glosa
ad hoc r̄ndet dicens. q̄ p̄dicare p̄
legere sumit̄ ibi: S̄z q̄cqd sit: sal
tē hoc vez ē. q̄ nulli nō p̄stituto i
sacris pertinet p̄dicare: His itaq̄
p̄missis formas ratio sic. In essen
tial̄ ordinat̄: tūc p̄fecte ordo ser
uatur: q̄n̄. p̄m. et tertiuū agēs cōfor
mant: p̄ agēt̄: S̄z gradus ordinū
eccl̄iasticorū sunt ordinati essentia
liter. q̄ tunc fuabit p̄fectus in eis
ordo: et habitudo posterioris ad
priorē: q̄n̄ inferiores p̄formabun
tur superioribus. p̄3. p̄sequētia cum
toto añcedēte ex fundamētis: tūc
v̄ltra: s̄z p̄dicator verbi dei ē essen
tialiter subordinatus sūmo p̄tifi
ci. p̄3. p̄ tertiuū. et secūdam funda
mētū. q̄ debet sibi cōformari: v̄t
seruetur rectus ordo: Sūmus au
tem pontifex cū collegio eccl̄ie
militantis tenent et affirmāt v̄gi
nem gloriosaz sine originali cōce
ptam. p̄3. quia celebrant tales cō
ceptionē: et donis spiritualib̄
accumulant ipsam celebrantes. q̄
sic debet tenere predicator verbi
dei: et p̄ cōsequens docere et pre
dicare: v̄t cōformetur illi agēt̄ cui
essentialiter subordinat̄: et in cu

ius virtute agit: quicquid respectu
ordinis et gradus agit: Cōforma
ri autem sue regule et suo directi
uo est valde laudabile. q̄ de prio
ad vltimum predicare de Conce
ptione beate virginis: veritatē ne
gatiuā est laudabile et catholicū:
q̄d erat pbandum.

Nonū Correlarium: supposito
et admissio. lz non concessio. q̄ vtra
q̄ oppinio sit dubia. tutius est cre
dere virginem gloriosam nō con
traxisse: q̄ contraxisse peccatū ori
ginale: pbatur: p̄supponēdo tres
regulas dñis canonistis satis no
tas: prima quax ē: q̄ in rebus du
bijs est recurrendū ad consuetu
dinez: vel auctoritatez ecclesie: vt
sciatur qd agendum. p̄. hec regu
la. xj. di. c. In his rebus: cuz duo
bus sequentibus capitulis. vnde
in primo istoruz dicit. In his re
bus in quibus nil certi statuit diu
na scriptura. mos populi dei: et in
stituta maioruz pro lege tenenda
sunt. Et sicut preuicatores diu
narum legum: ita contemptores
ecclesiasticaz consuetudinū coer
cendi sunt. hec ibi. Et glo. prima
huius. c. dicit. Semper diuturni
mores pro lege seruant. Et glo.
2. dicit. Sicut canonicis non licet
obviare legi sine licētia pape: sic
nec psuetudini: et in. c. Palaz d̄.

Palā est q̄ i re dubia ad fidez: et
certitudinē valeat Auctoritas ec
clesie catholice. hec ibi. Fdez hēf
in. c. de qbus. 20. di. vbi d̄. q̄ d̄ du
bijs d̄ qbus: nec p euāgelium: nec
p grecorū volumina: nec doctoz
catholica scripta: nec p exempla
possum? instrui: seniores p̄uincie
interrogare debemus. vbi glo. 4. di
cit. q̄ ex hoc. p̄. q̄ ad psuetudinē
loci est recurrendū: cum lex defi
cit. Et q̄ dicit de consuetudine ad
quam est recurrenduz: intelligitur
si est rationalis: quia aliter nō. 8.
di. c. Que 7. Et. xj. di. c. Consue
tudinū: est autēz consuetudo rōna
lis generaliter loquēdo: q̄ non ob
uiat canonicis institutis: vt habe
tur extra de Cōsue. c. si. in glo. 4.
sicut irrationalis ē que reproba
tur a iure: vt extra eo. c. Cum ve
nerabilis. Secunda regula est. q̄
dubia sunt semper in meliore par
tez interpretanda. p̄. de iRe. in.
Estote. In his. n. benigniore in
terpretationē sequi debem?: vt di
cit ibi glo. Et debem? magis vel
le in verboz dubiozū interpreta
tiōe. q̄ res valeat: q̄ p̄ pereat ex
de. ver. signi. c. Abbate i fine: Et
ex hoc sumit. q̄ iudices debent eē
promptiores ad absoluenduz: q̄
ad condemnanduz. p̄. ex. de. si.
Insti. c. Inter: in si. Et de proba.

c. Ex litteris. Ratio horum est. Quia melius est redargui de misericordia: quā d. nimio rigore. 26. q. vltima. Alligant. Sed de hoc magis dicitur in correlario sequenti. Tertia Regula est. quod papa est christi iesu vicarius. patet. extra: de trans. prela. c. Inter corporalia: et extra eo. c. Quanto. dicitur. quod papa gerit vicem dei in terris: Ex quo sequitur. quod habet plenitudinem potestatis. ut notatur. in. c. cōsequens. xj. di. glo. 2. vbi dicitur. Pape Auctoritas plena est: aliorum episcoporum semiplena. Quia ipsi sunt in parte sollicitudinis vocati: non in plenitudinem potestatis. ut. 2. q. 6. c. Secreto nostro: Et sic presumit. quod facit papa. facere auctoritate dei: ex de trans. prela. Inter corporalia. glosa. r. Ipso igitur approbante aliquid et nos approbare debemus. arg. 19. di. c. Si Romanorum. Immo ipsius sententia magis est standū: quā sententia totius mundi. ut in glo. l. di. 4. c. In istis. His. quod premissis probatur correlarius sic. In dubijs est recurrēdum itaq; ad loci consuetudines: quā ad auctoritatē Romanæ ecclesie. quod supposito. quod opinio de Conceptione Virginis sit dubia: tutius est tenere partē negatiuam: quā affirmatiuam: antece-

dens. p. per Regulam primam: et cōsequētia probatur. Quia et auctoritas Romanæ ecclesie fauet eidez: et consuetudo non solū loci: sed et omniū christianorū. paucis exceptis illud tenet. Cōfirmatur. quia in dubijs pars benignior est eligēda. quod tutius est tenere. ut dicit Correlarius: antecedens. patet. per regulas secundas. et consequentia probatur. quod benignus est: et laudabilius confiteri. quod mater tanti filij plasmatoris omniū: nūquā fuerit vas imunditie: et pro nullo instanti caruerit gratia: quod oppositū credere: Et si error sit. enī in pietate fundet: tutius est accusari de misericordia: quā de crudelitate aut rigore. Confirmatur vltimo: Nam in dubijs conformari christi Vicario cui inest plenissima potestas in ecclesia: et cuius facta in diuino cultu a deo facta esse presumunt: et cuius sententia preualet sententia totius mundi. est tutius: quā non conformari. per regulas tertias: Sed christi Vicarius tenet. et approbat partes negatiuam. ergo tutius est etiam nos id tenere et approbare. Sed heu vbi nunc sunt amatores virginis? vbi sue innocentie zelatores? hic occasionem lamentandi sumant: hic doleāt: hic clamāt nō cessent.

Nam tante Regine conditio: pe-
ior facta est: q̄ cuiuscūq; mali ho-
minis. patet. quia de quocunq; ēt
sceleratissimo. de dubia eius mali-
tia interpretatur bonuz: cum qui-
libet presumatur bonus. nisi pro-
betur contrarium. extra de p̄sup.
c. Buduz. Et tamē matri dei hec
sponis calumnia. hec culpa ascri-
bitur. de qua nulla certitudo: im-
mo pia: et rationalis probatio op-
positum suadet: Cōstantinus pro-
pter reuerentiam sacerdotalis di-
gnitatis dicebat. q̄ si pprijs ocu-
lis vidisset sacerdotem dei peccan-
tez clamidez propriā expolliassz:
et cooperuisset eum: ne ab aliquo
videretur. 96. di. c. In scripturis:
Et tamē genitrici eius: cuius fili-
us est princeps sacerdotuz: tanta nō
habes obseruantia: immo postpo-
sito omni respectu: p̄clamatur cul-
pa opinata: ad sonum tube cōuo-
cantur oēs. vt audiant falsum no-
men. q̄. s. innocentissima iniusta fue-
rit. Considerent queso. q̄ sic oblo-
quuntur dignitatē maternā. et ex-
cellentiā Regalē virginis: et i po-
sterū taceant. Emendent in me-
lius: que voluntarie cōmiserūt.

C Decimus Correlatum: Sup-
posito. q̄ per ecclesiaz altera pars
determinari debeat: non videtur
tutum. q̄ ecclesiastico statuto: com-

pellant fideles. p̄siteri tantā vir-
ginem conceptam in peccato ori-
ginali. p̄batur. p̄zo quo p̄mit-
to sex Canonica documenta.

Primū: In p̄cessu iudiciali nō
debet ecclesia aliquēz condemna-
re: iuris ordine p̄termisso. hoc
patet. extra d̄ offi. iud. ordi. c. p̄i-
mo: vbi habetur. q̄ debent p̄ela-
ti ecclesiastici inquirere. et iudica-
re. secundum q̄ canones censent.
Et glo. 3. ibi dicit. q̄ ex hoc sumi-
tur argumentuz. q̄ Iudex iudica-
care debet. secundum allegata et
probata: et secunduz Canones. et
leges. et non secundum Conscien-
tiam: vt expresse dicitur. xi. q̄one.
3. Sūmopere. hec glo. Idem ha-
betur extra eo. in. c. Si Sacer-
dos. vbi concluditur. q̄ Sacer-
dos. non debet arguere nomina-
tim: quez scit reum esse. nisi serua-
to ordine iuris: Ex hoc documen-
to Correlarie elici potest. q̄ sen-
tentia citra ordinem iudiciorum
prolata nō tenet: Sicut etiam ha-
betur. 2. q̄one. 6. c. Si quādo. §.
Diffinitiva.

Secunduz Documentū. quod
p̄mitto est. q̄ sententia non de-
bet fieri contra aliquem. nisi reo
conuicto: aut sponte confesso. pa-
tet. hoc. 2. q̄. 1. c. p̄. et secūdo: Et i
glo. prima super. c. 1. vbi ponun-

est quatuor modi convincendi aut,
f. iure: aut instrumentis vel testi-
bus. aut facti evidētia: ibi videat.

Tertium Documentum est. q. ad iu-
ste indicandum requirunt: t. accusa-
tores: q. testes. p. 3. 4. q. 4. c. 1. vbi
dicit. In omni iudicio quatuor p-
sonas semp. necesse est ee. i. iudi-
ces electos. accusatores idoneos.
defensores congruos. atq. testes
legitimos. h. ibi. De accusatori-
bus et: p. 3. 2. q. 1. de manifesta. vbi
dicit. q. iudicis no. est. sine accusa-
toze damnare. licet in glo. fiat de
hoc exceptio. in aliquibus casibus
de quibus nihil ad presens.

Quartum Documentum est. q. in
re dubia: no. debet dari certa sen-
tentia. hoc. p. 3. xi. q. 3. c. graue et
in. c. sequenti: imo q. de dubio iudi-
cat iudicium dei usurpat. 2. q. 1. c.
Nomen presbiteri. Et ideo solet di-
ci. q. ecclesia no. iudicat. nisi de pu-
blicis ordine iudicario pbatis vt
h. 30. q. vlti. c. nec illud in. fi. et.
c. sequenti. Et que dubia sunt. de q-
bus no. debet fieri iudicium: decla-
ratur in glo. 33. di. c. fi. vbi ponit
triplex genus ambiguitatis. s. iu-
ris. facti. et psone: et concluditur. q.
vbi est ambiguitas facti: nunq. est
ferenda sententia in preiudicium
alicuius.

Quintum Documentum. In re

dubia iudex debet ee promptior
ad soluendum: q. ad condemnandum:
hoc patuit in pcedenti correlatio.

Sextum Documentum. Iudex
potius seruabit misericordiam in iu-
dicando: q. ad rigorem declinet. hoc
p. 3. 26. q. vlti. c. Alligat. vbi dicit.
No. ne meli. est pp. misericordiam
rone reddere: q. pp. crudelitatem.
Si deus benignus est. vt qd. sacer-
dos eius austerus vult apparere.
hec ibi. et. c. p. oderet. 50. di. in. fi.
dr. Sententiam que vetat misericor-
diam. no. solu. tenere fr̄es: s. et audi-
re fugite. Quia potior est miseri-
cordia oibus sacrificijs. vbi glo. sa-
dicit. Si in aliquo redarguendi su-
mus: melius est misericordie red-
dere rone: q. crudelitatis. 35. q. 9.
venia. Ex his igit. documentis pro-
batur correlatiu. sic arguendo. Ec-
clesia no. debet condemnare aliquem
pretermissio ordine iuris. q. no. de-
bet sententiar. virginem **M**ariam
ceptam in peccato originali: ante-
cedens. p. 3. p. documentum primum.
et p. b. consequentiam. Quia con-
demnatio p. sententiam diffinitiuam p. sup-
ponit illu. in que fertur sententia: ee
reum p. uictu. aut spote p. fessum. p. 3.
ex. 2. documento: s. virgo **M**aria
nunq. confessus est. q. talis culpa sibi
infuerit. p. 3. q. 2. no. viuendo: nec p.
mortem. q. a seculo non est audi

tuꝝ. q̄ aduersarij adduxerint vnũ
miraculũ pro attestatiõẽ sue opi-
nionis: Nec mirũ: q̄ deus nõ p̄t
esse testis falsitatũ alicui. §. r. c. Si
militer hec Bñdicta virgo: nõq̄
fuit conuicta in hoc delicto. p̄. q̄
nec accusatores p̄ualuerũt: cuz de
hoc nõq̄ fuerit facta nec fieri pos-
sit veridica accusatio: que expri-
mi debet viua voce: ⁊ presente ac-
cusato. 2. q. vltia. c. Per scripta:
Itẽ debet fieri cũ inscriptiõẽ: Ita
q̄ accusator obliget se ad penam
taliõis: vt habet. 2. q. vlt. c. Quis-
quis. Sicut debz fieri pp̄ria voce.
⁊ nõ p̄ trãsmitta scripta. vt i sequẽ-
tibz. c. apparet. que minime pun-
gere possunt. ⁊ tantã immaculissi-
mã innocentia: Idẽz dico de testi-
bus: quozũ attestatio: non eẽt ido-
nea ⁊ tantã virginẽ. p̄. pp̄ id qd̄
habet. 4. q. 3. §. Solã. vbi d̄r. So-
laz attestatiõẽ prolata. nec alijs
legitimis adminiculis cãz appro-
bata: nullius eẽt momẽti certuz. eẽ
hec ibi: In ista aut̄ attestatiõẽ ⁊
sanctã virginẽ. nõ est cã adducen-
da sufficiens ad p̄positum eoz. Et
sic. p̄. illa p̄sequẽtia: ⁊ per conse-
quẽs. q̄ ecclia nõ debet sentẽtiã
p̄ferre ⁊ innocẽtiã bñdicte virgĩs:
q̄ nullius delicti maculis unq̄ sub-
iacuit. Confirmat rõ. q̄ in dubijs
nõ debet certa dari sentẽtia. §. cor

relariũ illud eẽ: vep̄ aũcedens. p̄. q̄
ex. 4. documẽto: Et p̄bat p̄sequẽ-
tia: Nã virginẽ gloriozã eẽ cõce-
ptã in originali peccato: aut eẽ fal-
sum: et sic non debet ab ecclia de-
terminari tãq̄ vep̄: aut saltẽ eẽ du-
biũ de quo nulla habet certitudo:
vt p̄batũ eẽ supra: in hoc articulo:
cõclusiõẽ. 3. veritate. 2. Et sic sequi-
tur oio intentuz. Si igit̄ in dubijs
quozũ determinatio nõ eẽt p̄iudi-
ciũ. nisi viatori peccatori. ⁊ suo:
debet ecclia suã suspẽdere senten-
tiã: quãto magis nõ debet deter-
minate p̄cludere aliqd̄: d̄ quo bñe
sup̄ bños: immaculatissime super iu-
stos: ⁊ Regie angeloz ⁊ hoĩuz:
eẽt parua redderet calũnia? Si eẽt
sũmi p̄tificis sentẽtiã pp̄ sũmũ
eius gradũ in ecclia. voluit deus
suo reseruati iudicio: ⁊ examini. li-
cet alioz hoĩuz facta. p̄ hoĩes ter-
minet: vt hẽt. 9. q. 3. c. facta. ⁊. c.
Alioz: iustũ aut̄ iustum existimabi-
mus: illã cui excellẽtiã eẽt Ange-
licus admirat̄ intellectus: ab alte-
ro: q̄ a deo de pctõ iudicari? Ab-
sit. §. r. c. Confirmatur vltimo ista
ratio sic: supposito dubio ecclia
magis debet determinare partes
negatiuas: q̄ affirmatiuas. §. cor-
relariuz vep̄: p̄sequẽtia. p̄. de se.
⁊ probõ aũcedẽs: in dubijs ecclie
ita debet esse promptior ad soluẽdũ

dū: q̄ ad cōdēnandū. ḡ r̄c. Simi-
liliter: deus fuit benignus r̄ lar-
gissimus i amplissimis gratijs col-
latis virgini. ḡ vicarius suus non
debet esse austerus: maxime ip̄am
imputādo de peccato. ḡ r̄c. Itēz
si p̄ determinatiōe alterius part̄
comitēdus sit error. minus malū
est errare p̄ declinatiōe ad pieta-
tē: q̄ ad rigore. Et melius est re-
prehendi d̄ misericordia: q̄ d̄ cru-
delitate. ḡ antecedēs illud est ve-
rū: Reductio aut̄. p̄z. ex p̄missis
documētis. Quare p̄cludat̄. q̄ nō
eēt multū tutū eccliam pro parte
affirmatiua de virginis cōceptiōe
determinatā dare sniaz: imo q̄ val-
de catholicū esset. r̄ veris deuotis
v̄ginis magnū collatū b̄nificium: si
